a ctio quasi ª ibi posita notat improprietatē.l.si cū dotē.§.fi.ff.sol. ma. ⁊ ibi no.in.l.posthumorū.ff.de iniu.testa. ⁊ statuta non intelliguntur de casu improprio.l.i.§.si is qui nauē.ff. de exerci.l. iij.§.hec verba.ff.de neg.ge.c.in nr̄a.de iniur. ⁊ no.Bar.in.l.j. ⁊ in.l.liber homo.ff.de ver.ob.signanter. ⁊ in.l.apud Julianum. §.fi.ff.ex quib.cau.in pos.ea. ⁊ Bal. ⁊ Ang.in.l. more.ff.de acquiren.here.cum multis suis concor. ⁊ licet Bar.in.d.l.si in rixa. nō sit cū opi. Dy.dolens ꝙ illa dictio quasi, posita in.d.§. sed si plures, sit veritatis expressiua sicut stat in primo rñso illius.§. dū ibi dixit ꝙ si quidem apparet ex cuius ictu perierit illū quasi occiderit teneri.que rñsio cū suppositatione vr̄ fuisse satis fragilis q2 dictio quasi ſm subiectam ⁊ practicatam materiam ponitur modo tanꝙ veritatis expressiua ⁊ modo tanꝙ vere denotās similitudinē.l.lucius.l.a.j. Et ibi gl.in ver. interesse.ff.de admi.tut.l.ait pretor.§.itē ei qui.ff.ex qui.cau.ma.l.si quis cū a fideicō. ⁊ ibi not.ff. de cōdi. indebi.c. parochianos. ⁊ ibi not.Joan.and.de deci. ⁊.ij.dist.in.c.quedam etiam. ⁊ ibi not.Archi.qd idem importat qd dictio tanꝙ.que tñ est nota. improprietatis.l.pecuniā.ff.si cert.peta.l.iubemus.§.sane.el.j. C.de sac.san.eccl. ⁊ no.Bart.in.l.j.in fi.principij.ff.de offi.eius cui man.est iu. ⁊ Bald.in.l.apud antiquos.C.de fur.lʒ aliqñ sit expressiua veritatis.c.solite. ⁊ ibi gl.de maio. ⁊ obe.in versi. tanquā.c.j. ⁊ ibi no.Arch.de homi.lib.vj.l.j. ⁊ ibi not.in princ. ff.de here.insti. ⁊ qd dictio quasi pōt in vna ⁊ eadē.l. vel.§. stare ꝓprie ⁊ improprie ſm subiectam materiam.etiā tex.cū glos. in.l.si pater.§.qui duos.ff.de adop.que incipit. hec tria. Unde licet iuriscōsultus in.d.§.sed si plures. rōne subiecte materie accipiat in prima parte dictionē quasi vt veritatis expressiuam: quia aliter accipi nō potest cū verum sit vnū occidisse. ⁊c.ibi cuius ictu vulneratū perijsse: tñ non est eadē rō ꝙ in sequēti rñso accipiat̄ pro dictione veritatis expressiua: q2 si non apparet cuius ictu perierit non videt̄ dici posse ꝙ vere oēs occiderunt saltē in casu nostro qñ apparet qd tm̄ vnū erat vulnus letale ꝑ dictā.l.si in rixa.inducendo vt dixi: ⁊ sic posito ꝙ qñ non constat ꝙ vnū vulnus tñ erat mortale non posse stare oēs viderentur occidisse, ⁊ sic seruetur intellectus in.d.§.sed si plures. ⁊ ꝙ ibi etiā in.ij.responso dictio quasi sit veritatis expressiua, ⁊ sic ille casus habet locum in casu nostro qñ ꝯstat qd vnum tm̄ erat vulnus letale: quia tūc oēs non dicerent̄ vere occidisse per.d.l.si in rixa. ⁊ hoc casu optime ꝓcedit decisio noua Dy. ¶ Ex his ergo apparet ex sufficienti partium ⁊ casuum enumeratione dictū Jo.mariam non posse ad mortem condemnari vt dixi: ⁊ q̄uis ex his apparet responsio ad alle
8 gata in contrarium: tñ specialiter respondeo, ⁊ primo† non ob.d.l.item mella.§.sed si plures. ⁊ dicta.l.ita vulneratus. cuʒ concordantijs.quia respondeo primo ꝙ ille text. ⁊ similes loquuntur quando agitur ciuiliter: quia aliud est quando criminaliter agitur vt in casu nostro quia tunc requiruntur probationes luce meridiana clariores, ⁊ saltē quia agitur de imponenda pena capitis vt multis autoritatibus supra cōprobaui ⁊

a ¶ Quasi.š.consil.ij.nu.iiij.

baui.⁊ ita ad dictum.§.sed si plures.ad dictā.l.i.§.fin.cum seq.
ff.de his qui dele.vel effu. respondet vltra doctores superius
allegatos. Alb.de Ros.in tertia parte statutorum.q.lxii.incip.
Item queritur quando erant in domo vna,⁊c. ¶ Secundo
respondeo quod aut tenemus ꝙ vulnus illud vnicum morta
le fuit illatum a socio Joannis Marie magis quam a Jo.ma-
rie vel ab alio,⁊ tunc respondeo qd tex.in.d.§.sed si plures.nō
loquitur quando constat vnum tantum fuisse illatum vulnus
mortale.quo casu non teneātur capitaliter de occiso:vt firmat
Oldr.⁊ multi alij quos supra allegaui. ¶ Uel etiam respon-
deo quod ille tex.non militat in penis que imponuntur vigore
statutorum:quia proposito ꝙ omnes videātur occidisse: illud
enim est improprie que proprietates non habent locum in sta
tutis vt proxime dixi circa sextum fundamentum secundum
Dyn.Et per hoc etiam fuit responsum ad not.per gl.in.d.l.si
in rixa.ad quam etiam fuit responsum in quarto fundamento.
¶ Ex his modis patet esse responsum ad.c.si quatuor.xxiii.
q.vi.⁊ ad.c.significasti.de homicidio.el.ii.nam ibi non appare
bat quod vnius ictu perierit.id est non apparebat quod vnū
solum vulnus fuisset mortale prout hic. ¶ Item ibi non agi-
tur de pena capitaliter imponenda sed de pena irregularita-
tis:tamen tutior via est ibi eligenda,scilicet quod tanquam ir-
9 regularis non puniatur alias puniatur:vt ibi per do. ¶ † Nō
obst.notata per Barto.in.d.l.si in rixa.inquantum dicit quod
si in primo fuit ab vno illatum vulnus mortale:⁊ postea ab
alijs illata fuerint alia vulnera quod quilibet tenetur de ho-
micidio.per dictam,l.qua accusatione.§.si quis seruum egro-
tum.⁊ per.d.l.ita vulneratus.in princ.quia illi tex.loquuntur
quo ad actionem.l.Aquil.⁊ sic quando agitur ciuiliter:quo
casu illud est ⁊ ex presumptionibus potest quis damnari vt
dictum est.⁊ opi.Barto.confunditur per.d.l.si in rixa.que in-
distincte vult ictus cuiusque contemplandos denique iura il-
la non dicunt quod vulnera secundo loco illata non essent le-
talia in illo homine:tamen tutior est prima responsio. ¶ Po-
test etiam dici quod stantibus his que dixi in.vi.fundamen-
to non apparet sufficienter quod vulnus mortale fuerit prius
illatum quam alia vulnera. ¶ Et si tunc dicatur quod quan-
do nō apparet an vulnus mortale precesserit vel secutum fue-
rit:nihilominus secundum Bartol.in.d.l.si in rixa.omnes te-
nentur sicut retuli supra in primo responso posito quod Bar-
to.dicat omnes teneri non tamen dicit de occiso teneri,⁊ sic ca
pitaliter.⁊ si etiam intentio ⁊ mens Bartol.ita fuisset contra
eum faciunt omnes decisiones ⁊ autoritates quas supra alle-
gaui in fundamentis deductis pro ista parte ⁊ in responsioni-
bus supra traditis. Item est contra.d.l.si in rixa.⁊ Bartol.
profecto in hoc casu videtur cum supportatione multum fra-
giliter locutus cum se fundet in iuribus loquentibus in pre-
sumptionibus in dicta materia vbi non agitur ad crimen seu
ad penam criminaliter seu capitaliter imponendam.l.si inter
virum.⁊ l.sed ⁊ in illo.ff.de reb.dub.non autem loquuntur in
penis capitalibus quo casu in dubio semper potius fit inter-
pretatio ⁊ presumptio in minorem partem vt est dictum.
¶ Non obstat quod saltem auxilij prestiti assistendo debeant
puniri esto quod vulnus letale non intulerint per notata per
Barto.in dicta.l.si in rixa.cum concordantijs.quia primo re-
spondeo quod non est formata inquisitio nisi contra socios
Joan. Marie de eorum auxilio prestito de vulnere illato per
Joan.Mariam in pectore dicti mariani:non autem de auxi-
lio prestito per Joann. Mariam alijs vulneribus illatis per
alios vt clare ex inquisitione apparet. ¶ Secundo respondeo
quod non apparet sufficienter quis fuerit ille qui vulnus illud
intulit: stante quod de iure verum est tanquam principalem
vnum solum teneri de homicidio quando constaret quis fue-
rit ille qui letale vulnus intulit ⁊ alij non tenerentur de homi-
cidio vt principales si vnum tantum est vulnus mortale per
dictam.l.si in rixa.vt probaui non potest isto casu puniri ali-
quis predictorum de auxilio si non constat quis fuerit princi-
10 palis.s.ille qui occidit siue qui vulnus letale intulit. † quia in-
a certitudo[a] principalis vitiat in accessorio. Ita concludit Pe.
de Ancha.in.d.cons.cxvi.ad fi.consilij in quo vt dixi interue-
nit assensus Barthol.de Salic.⁊ Gasparis de Calde.allegat
not.per Barto.in.l.si is qui rem.§.si tu titium.de fur.per illum
tex.⁊ ibidem aperte est de mente Tancredi de Corne.in com-
pendiosa sua in rubri.ix.q.incipiente.queritur hic duo vel tres
accesserunt,⁊c. Non obstant supra no.per Spec.in tit.de ho-
micidio.§.i.ver.sed pone.quia respondeo quod illa decisio non
potest adaptari ad casum nostrum. ¶ Bene facit quod not.
Sal.in.l.i.C.de raptu virg.in.x.colum.in ver.quero successiue.
an si quis opem prestans,⁊c.quia verba statuti punientis pos-
sunt esse concepta adeo in personam qd non comprehendant
prestantes opem per notata per Bar.in.l.nihil.ff.de sicarijs.⁊
in.l.is qui opem.de furtis.sz quia verba statuti non habeo nō
insistam circa hanc vltimam responsionem quo capitaliter pu
niatur ex animo percutientem occidendi non letaliter quia de
consuetudine ⁊ de iure municipali est ꝙ vulneratus animo oc
b cidendi si non occidat[b] nō puniatur pena capitali vt in primo
proposito fuit ostensū.⁊ quia dictū est esse probatū per duos
testes peritos ⁊ iuratos vnum tantū fuisse vulnus letale dico
sufficiēter probationem illā factā fuisse per duos testes.§.que
autē.in auf.de non alie.l.cōparationes.C.de fid.instr.c.quoniā
cōtra.de proba.no.Bar.⁊ alij in prohe.ffo.ū;⁊ Bar.in.l.quo-
ties.C.de pondera.li.x.⁊ in.l.i.§.fi.de ver.ob.⁊ in.l.j.in prin.de
ven.inspi.⁊ Bal.⁊ Sal.in.d.l.comparationes.⁊ canoniste in.c.
proposuisti.de proba.⁊ satis est ꝙ tales qui habēt super predi
cta cognitione deponere ꝙ sint experti in predictis vt inquit
text.in.c.si.de frigi.⁊ malefi.vel ꝙ sint medici.l.quoties.C.de
re mili.li.xij.⁊.c.significasti.el.ij.de homi. ¶ Et medici in pro-
posito dicunt illi qui eas egritudines de quibus in proposito
curare ⁊ sanare solēt.l.j.post prin.per Bar.ff.de var.⁊ extraor.
11 co.† vnde medicorū appellatione veniūt etiā obstetrices.⁊ qui
nō vniuersaliter sed certā partē corporis curare solent vt dolo-
res dentiū seu auricularū nisi per incantationē curaret vt ibi di
cit tex.⁊ no.Bal.in.l.j.C.manda. ¶ Et sic apparet non opor-
tere qd sit doctoratus.ꝙ patet etiā ex.l.j.§.ne autē.C.de com-
muni ser.manu.vbi serui vtriusqz sexus possunt esse medici.ꝙ
esse nō pōt si ad hoc vt quis dicatur medicus requireretur docto-
ratus,qr cū doctoratus sit dignitas.c.quāto.de magistris.ne
aliquid exi.not.Bar.in prima cōsti.in.l.ex eo.ff.de testi.⁊ Bal. a
in.l.i.in prin,ff.de in.⁊ iure.cū si.serui autē a dignitate repellun
tur.l.j.⁊ fi.C.qui mili.non pos.lib.xij.ergo nō possunt esse medi
12 ci.d.§.nō autē. ¶ † Postremo a me queritur an si dictus Jo.
Maria fuisset capitaliter bannitus cū publicatione bonorū ob
contumaciam ⁊ post dictū bannū obuenerunt sibi denuo alia
bona cōprehenditur illa in publicatione.⁊ hac dubitatione stan
tibus his que conclusa sunt.s.nō videtur necessaria:qr si Jo.
Maria est.j.tēpus qd possit post bannū audiri apparet qd iu-
dex debet reuocare predictū bannū ⁊ ad pene pecuniarie im-
positionem procedere. ¶ Tamen dico vnum verbum ꝙ non
veniunt bona post bannum vel publicationē quesita.l.si man
dauero.ff.is cuius.ff.manda.l.is cui.§.j.ff.de testa.⁊ ponderat
Bal.in.l.ij.C.eo.tit.⁊ Bar.in.l.certa forma.per illum tex.C.de
iure fisci.li.x.⁊ Bal.in.l.fi.per ibi no.per gl.C.que res pig.ob.
pos.⁊ not.per Bar.in.l.j.in.j.col.de here.insti. ¶ Alexander.

a ¶ Incertitudo. ⁊ hoc qñ non apparet nisi de vno vulnere ⁊ vnius percussione nec cōstat omnes venisse animo delinquendi, ⁊ sic non apparet oēs deliquisse. Sed vnū incertum ex certis,⁊ tunc nullus capitaliter punietur. Sed bene ciuiliter omnes vt per Alber.Bart.in.d.l.si in Rixa.⁊ d.l.item mela.§.j.

b ¶ Occidat. intellige nec per se nec per eum cui mandat vel cui ad hoc auxiliatur [illegible]

Summarium.

1 ☞ Statuta siue in rem siue in personam non egrediuntur lo-
ca sua.
2 Mobilia censentur in loco vbi mansura sunt.
3 Domicilium incolatus attenditur non originis.
4 Actio iudicatur secundum id ad quod competit.

Consilium. XVI.


Viso titulo questionis
premisse in sententiam domini.Ottonis primi cō
sultoris cōcurrens paucis absoluam propter ma-
ximam nuncij celeritatem. Et primo circa primum dubium.
An dictum statutum dicte Lucane ciuitatis quatenus vide-
tur excludere ab intestato filias defuncte persone superstite
patre ⁊ fratribus defuncte persone extendatur ab bona posi-
ta extra territorium statuentium. Si recte consideretur vide-
tur quod quo ad terminos questionis nostre magis commu-
nis opinio sit quod non.vt tenet Jacob.de Ra.Guil.de cun.
Ray.in.l.cunctos populos,C.de sum.tri.⁊ fide ca.argu.l.pu-
pillo.ff.de tuto,⁊ cura.da.ab his.⁊ l.titium.§.tutores.ff.de ad
mini.tuto. ¶ Et quia statutum predictum est contra ius com
mune ergo restringendum est ne ad bona alterius loci tra-
hatur secundum eos.argum.l.certa forma.C.de iure fisci.libr.
x.⁊ l.constitutionibus.ff.ad municip. ¶ Petr.etiam istud
idem tenebat.vt refert Cy.sed addebat vnum quod istud pro
cederet quando statutum loquebatur in rem.sed vbi loque-
retur in personam tunc statutum illud non solum non trahe-
tur ad bona alterius loci sed etiam non trahetur ab bona lo-
ci statuentium quando decedens persona non fuisset subie-
cta statuentibus.argum.l.rescripto.§.fi.de munc.⁊ hon.⁊ l.i.
C.de mulie.⁊ in quo loco.libr.x.⁊ opin.Jacob.de Ra.in.l.cun-

ctos populos.⁊ inclinat in proposito nostro ꝙ debeant atten-
di statuta loci in quo decessit ille de cuius hereditate agitur.ar
gu.l.ij.C.quemadmodum test.ape.iuncta.l.conficiuntur.⁊.l.si
quis cum nullam.ff.de iure codic.⁊ iste cuius lucanus decessit
in ciuitate Romana in qua non presumitur vigere statuta pre
dicta excludentiam casu nostro filias defuncti propter existen
tiam patris vel fratris defuncti pro ista parte ꝙ statutum lu-
canum non extendat ad bona alibi posita.⁊ est snia Bar.in.l.
cūctos populos.in.vj.questione dicētis ꝙ tale statutū est odio
sum ⁊ ꝙ tale statutum qn̄ excludit filiā dicatur odiosum.tenet
etiam Bal.in.l.ij.C.qui ad liber.perue.non poss.⁊ in.l.certū.in
princi.C. vnde cogna.⁊ in.l.fi.in prin.C.de suis ⁊ legiti.hered.
licet aliud sit in statuto disponente qd ad successionem fratris
vocet frater exclusa sorore.vt per Bald.in.l.ij.per ibi no.C.qui
ad liber.perue.nō possunt.⁊ qd non extendat dictum statutū
ad bona alibi sita.probat late Bar.per.d.l.cunctos populos.
in.vij.q.ver.posset dubitari in tali.q.cōsuetudo est in Anglia,
⁊c.istam opin.etiam sequitur Bald.in.d.l.cunctos populos.
xvj.co.in ver.venio ad fin.⁊ in ver.sed hic quero de effectu,⁊c.
per aliam rationem ⁊ ibi tenet Bald.in.l.ij.in.iiij.col.C. que sit
longa consu.idem tenet Pe.de Anc.in repeti.c. canonum sta
tuta.de constit.parum post medium.in vers.sed remanet forte
dubiuz.⁊ plenius in verbo quero iuxta predicta de questione
1 tali.Cauet statuto tuderti,⁊c.ibi dicitur qd magis † cōmunis
conclusio est ꝙ siue statutū loquatur in rem siue in personā ha
beat locum in bonis positis in territorio statuentium ⁊ non in
a alijs[a] ⁊ refert ꝙ ita consuluit Bal. in cons. inci. in nomine dñi
punctus talis est.istam opinionē etiā tenere videt Bal. in.l.si
arrogator.in pe.col.ff.de adop.vbi dicit qd si vnus erat origi-
ne ciuis regij:⁊ alio respectu erat ciuis bononie.⁊ in vtroqꝫ fo-
ro habebat bona regij erat statutum prohibens vxorem suc-
cedere marito suo ex testamento certe talis vxor non impedie-
tur succedere in bonis existētibus in territorio bononiensi sed
solum in bonis existentibus in territorio regino.⁊ ita dicit se
cōsuluisse per aliquas rationes quas ibi ponit quas breuitatꝫ
causa omitto.¶ In eadem sentētia quo ad casum nostrum cō
currit Sal.in.d.l.cunctos populos.in ver. ex predictis infero
ad decisionem, ⁊c. ⁊ etiam in ver. precedenti dum vult quod
quando statutum puta ciuitatis lucane prefert aliquem ad
successionem contra ius commune nō extendit ad bona alibi
sita si ciuis origine lucanus decedens legi alterius loci per do-
micilium vel incolatum ante mortem se subiecit.l.i.ff.ad mu-
nici.sed ita est qd iste ciuis lucanus se subiecit alij legi propter
incolatum quē ꝯtraxit in ciuitate romana per dicenniū vt.l.ij.
⁊.iij.⁊ vtrobiqꝫ no.C.de incolis.lib.x.⁊ etiam per maiorē par-
tem fortunarum suarum quam habebat in ciuitate romana.l.
ciuis.⁊ ibi plene no.C.de incol.lib.x.ergo nō potest statutū lu-
canum extendi ad bona sita in ciuitate romana. ⁊ per hoc ap-
paret nō obstare id qd dicit Io.cal.in consi.xxiiij. posito sub
rub. de testamentis. vbi vult qd si statutum ferrarie excludit
filias feminas ad intestato existentibus filijs masculis.⁊ con-
tingat qd totū patrimoniū vel maior pars patrimonij ipsius
defuncti sit extra territorium ferrarie.ꝙ tale statutum priuans
filias hereditate seu successione excludit eas etiam a patrimo-
nio existenti extra territorium statuentium si tales filie erant
subiecte statuentibus qꝛ statutum priuādo eas eo iure intelle-
ctuali scilicet hereditate alias intellectuali operatur quod ille
filie aliqua bona consequi non pn̄t nec intra territorium nec
extra.quia filie nulla bona capere possunt nisi vt heredes, sed
si priuantur potentia consequendi vniuersale sub quo parti-
cularia continentur. videntur etiam priuari potentia conse-
quendi omnia particularia inclusa sub vno vniuersali.l.si quis
totū.in princi.§.fi.de excep.rei iudi.⁊ in hoc etiā satis inclinat
Bald.in repetitione magna.l.cunctos populos .in.xxx.q.in
versicu.quinto queritur statutum, ⁊c. quia respondeo vt pa-
tet ex proxime dictis quod conclusio sua fortasse ꝓcedere pos-
sit quando filia non esset subiecta legi alterius loci ratione
proprie originis vel incolatus prout contingit in proposito
nostro tunc debent in bonis alterius illius loci.i. ciuitatis ro-
mane seruari leges ipsius ciuitatis Romane vt per expres-
sum dicit Salyc.in.d.l.cunctos populos.argumen.d.l.incola.
¶ Preterea contra dictam cōclusionem Ioā.Cald. expres-
se tenet Bartol. in dita.l. cunctos.in.vj.⁊.vij.q. cuius opin.
est magis communis vt supra retuli. ⁊ ad rationes Bartol. ⁊
aliorum non est responsum per Ioan.Cal. in loco preallega-
2 to.¶ † Venio ad secundum dubium videlicet an illa que in
ciuitate romana habebat.s.in mercantijs pecunia actionibus
⁊ alijs mobilibus rebus ibi existentibus debeant iudicari
bona sita in territorio ciuitatis Romane adeo quod statu-
tum ciuitatis lucane in eis sibi locum non vendicet prout fuit

a ¶ Nōn in alijs. hec vera reiecta verbali distinctione Bar.an loquatur in rem vel in personam licet eā sequatur Marti. Lauden.in trac. de primogeniti. char.v.Alex.consi.xliiij.lib.v.Sed teneas indistincte quod statuta vel cōsuetudines tanquam reales nō extenduntur extra sua territoria.l.fi.ff.de iuris.om.iud.⁊ ita practicamus. Et ita tꝫ Bald.in.l.i.col.xij.ver.subsequēter quero.C.de sum.tri.Bald.l.ij.C.que sit lon.consuet.Pe.de Anc.in rep.d.capit.j.col.j.cum seq.de cōsti.lap.allega.xci.in primis.videdum Car.flo.consi.ij.Soci.ꝯsi.ccxcij.visis statutis.lib.ij.cclxxviij.co.pe.li.ij.coꝛ.ꝯsi.cxv.lib.ij.cōs.ccij.col.iiij.lib.ij.consi.clxij.cōstat.lib.iij.Alex.ꝯsil.cxxviij.j.eo.li.ꝯs.xix.li.vj.Alber.bru.in tracta.de statu.exclud.femi.q.xxv.Lud.de Bozadi.cōsil.xlix.

b ¶ Loci.hanc tꝫ Ale.hic.⁊ est verior sꝫ.j.eo.li.ꝯsil.xxxi.colū.ij.tenet opi.bal.quod sequant personam dicendū ⁊ plene dixi super cōsue.parisi.§.cxlv.vide ēt Soci.consi.xxxvj.consilio.cj.lib.j.

c ¶ Actiōes.Adde.j.eo.lib.consil.xxxj.nu.vj.

conclusum supra.⁊ in hoc breuiter cōcludo quod sic per.l.si ita
legatum.ff.de lega.iij.⁊.l. debitor. de pignoribus.⁊.l.ex facto
proponebatur.§.rerum.ff.de here.insti.cum multis si. vbi mo-
bilia que sunt in loco ad tempus ibi mansura nō censentur esse
res illius loci sed ea que sunt ibi perpetuo mensura censentur
esse res illius loci vt pecunia ⁊ alia bona que essent extra ciui-
tatem Romanam reuersura tamen ad ciuitatem Romanam
censentur esse de bonis ciuitatis Romane.cum ergo hic ciuis
lucanus per decennium ⁊ vltra domicilium haberet in ciui-
tate Romana ⁊ ibi haberet maiorem partem fortunarum sua
rum presumitur ibi habuisse animum perpetuo manendi cuꝫ
eadem parte fortunarum suarum quas ibi sciebat habere.ita
no.Sali.in.l.ij.in fin.C.de iuris.omnium iudi. per.l.incol.C. de
incolis.lib.x.⁊ in.l.ij.eod.titu.¶ Ad hoc bene facit quod not.
Pet.⁊ Cy.⁊ Ange.in.d.l.ex facto.vbi dicunt quod res quas
quis secum habet vt vtatur in certo loco censetur esse illius
loci.⁊ ideo dicunt quod si scholaris forensis infirmus existens
in ciuitate bononie relinquat titio bona que habebat bononie
videtur reliquisse libros quos ibi habebat causa statuendi in
loco illo.argu.d.l.si debitor.⁊ id quod habetur in.d.l.si non in-
ducta.C.in quib.cau.pig.taci.contraba.⁊ licet Innoc.ibi du-
bitet de hoc quando constabat quod bona non debebant ibi
manere sed debebant ad alium locum transferri vt ibi perpe-
tuo essent: tamen quia non est casus noster ideo non insisto.
⁊ ita in terminis nostris firmat Sali. in.d.l.cunctos populos
in pe.col.pro hoc etiam tex.in.c.j.in prin. de pace tenen.quem
text. Bald. ibi in.ij. colum. dicit esse singularem ad hoc quod
mobilia censentur esse de territorio loci[b] vbi reperiuntur ⁊ ideo b
fisco illius loci confiscantur. ⁊ illud videtur verius quam illud
quod ponit Bald. in.l. mercatores.C. de commer. ⁊ merca.⁊
dato quod etiam tenemus decisionem Bald. ibi tamen non
obst. quo ad propositum nostrum:quia Bald. in.d.l. merca-
tores.vult quod mobilia personam concernant ⁊ non locum
vbi sita sunt. Nam si velimus attendere locum vbi erat per-
sona dicti defuncti adhuc habemus intentum nostrum . ⁊
idem dico de actionibus seu nominibus debitorum: quia in
ciuitate Romana sunt celebrati contractus ex quibus crea-
ta sunt illa nomina debitorum.⁊ tunc dicendum est quod cen
sentur esse de bonis illius loci vt est casus. in.l. titium ⁊ me-
uium.§.tutores.ff. de admini.tuto. illud idem est si alibi cele-
bratus esset contractus tamen solutio esset collata in ciuitate
Romana.l.quero.ff.de solutio. ¶ Pro confirmatione predi-
ctorum facit quia actiones dicuntur coherere persone credi-
toris , ⁊ illam committantur.l. quis ergo casus.ff. de pec.l.iij.
⁊ ibi not.ff. pro socio. ⁊ in notabili questione declarat Bald.
in.l.ij.ff.de statu hominum.† vbi si quis habeat duo domicilia 3
vnum ratione originis aliud ratione incolatus semper consi-
deremus potius locum incolatus in his in quibus persona est
in consideratione.patet ex gloss. valde notabili in.c. statutum.
in versi.vnam dietam.⁊ ibi not.doc.de rescri.in.vj. Fortifican-
tur predicta † quia quando actiones[c] dantur ad quid mobile 4
iudicatur de eis prout in re mobili vt not.gloss. in auf. de non c
alienan.§.illo.⁊ ibi clarius declarat Ang.⁊ no.Dy.⁊ Bart.in
l.potest.ff.de auf.tuto.⁊ gl.in.l.j.⁊ ibi no. Bart.C. si aduersus
transa.⁊ Bar.in.l.mouentium.ff.de ver.sig.⁊ Io.An.in addi.
Spec.in titu.de fruc.⁊ interesse.§.j.super verbo.sed quid si de-
beo.⁊ Ang.in.l.i.§.fuit quesitum.ff. ad trebel.ergo sicut dixi-
mus res mobiles censent esse territorio illius loci quo site sunt.
ita esset etiam dicēdum de actionibus que dantur ad res mo-
biles.¶ Idem etiam firmat lapus allegatione.c.inci. In no-
mine dñi amen casus est talis videlicet quidam Nicolaus,⁊c.
in fi.de qua facit mentionem.Ludo.de Roma.in.l. si constan-
te.§.fi.ff.so.ma.Nam concludit lapus quod si in varijs locis de
functus habet bona.⁊ in quolibet dictorum locorum varia sit
consuetudo ⁊ queratur de quo loco iudicentur esse nomina de
bitorum debet dici quod ad illum locuꝫ pertinent vbi exactio
de iure de facto fieri potest.Nam intelligentur esse de loco vbi
est collata solutio si ibi reperiatur debitor allegat dictam.l. ex
facto.§.reum.⁊.d.l.quero.Nec obstat secundum eum quod no
mina debitorum non sint in loco sed videantur esse vbique.ff.
de iudi.l.fideicommissum.§.tractatur.l.fi.C.de prescript.long.
temporis.l.caius.in prin.de lega.ij.Quia respondet lapus qd
illud est verum cirscunscripte sed per effectum exactionis sunt
in loco.vnde secundum eum debitum mercatorum florentino
rum in Italia contractum ⁊ soluendum in Italia annume-
rantur bonis Italicis contractum vero ⁊ soluendum in An-
glia annumerantur bonis Anglicis.Alex.

Summarium.

Creditores

1 Creditores habentes nomen hypothecatū possunt impedire executionem sententie late in fauorē cessionarij debitoris.
2 Statuti verba si non conueniunt, nec eius dispositio.
3 Solutione eius quod debetur omnis tollit̄ obligatio. ꝛ nu. 5.
4 Creditores habentes nomen hypothecatum vtilem personalem habent contra decitorem debitoris.
5 Hypothecaria auocat res hypothecatas.
6 Exceptio, quando aliter periculum reparari non potest, admittitur. alias non admittenda.
7 Carcer preiudicium irreparabile.

Consilium. XVII.



Equisitus in causa vertente inter nōnullos creditores cuiusdam habentes obligatum nomen creditoris ꝛ quendam habentem ab ipso debitore iura cessa contra dictum nomen debitoris ꝛ prosequit̄ tamen nomen predicti qui erat obligatus dictis credi
1 toribus. in quo cōsului† ꝙ non obstante dicta cessione ꝛ sententia lata cōtra dictos creditores in fauorē dicti cessionarij posse per dictos creditores denunciari ꝛ inhiberi dicto debitori ne soluat dicto cessionario. ꝛ hoc modo posset de iure cōmuni impedire executionē sentētie late in fauorē dicti cessionarij cōtra dictū debitorem. nunc vero dicit̄ ꝙ dictus cessionarius cōfugit ad quoddam statutū disponēs de executione sententiarū. in quo inter cetera cauetur qḋ nulla persona extranea que nō fuerit in litigio possit impedire executionē alicuius sententie nisi fuerit in vera possessione non ficta cōstitutus rei in qua fit executio saluo tamē omni iure ipsi extraneo qḋ habebat in dicta re in qua facta fuit dicta executio nisi ille extraneus primitus obtinuisset aliquam sententiā diffinitiuam cōtra illum cōtra quem fieret executio quo casu dictus extraneus audiatur ad ius ꝙ habet vigore dicte sentētie, ꝛc. sed nō obstāte statuto predicto puto nos esse in terminis iuris communis secundum qḋ militabāt ea que in superiori cōsilio dixi. qḋ autē dictū sta
2 tutū non obstet patet† qꝛ nō cōueniunt verba dicti statuti nec
a conuenire intelligitur dispositio [a] eiusdē. l. ita autē. in prin. de admini. tu. l. iij. §. pretor. ver. toties. ꝛ ibi no. Bar. ff. de dam. infec. c. ad nostram. el. iij. de iureiu. c. indemnitatibus. §. pe. de electio. in vj. secundū verba dicti statuti non cōueniunt casui nostro: ergo ꝛc. ¶ Quod autē verba non cōueniant patet qꝛ verba dicti statuti loquuntur in casu in quo facta executione pōt manere saluū ius extraneo ꝙ haberet in re aliqua. sed hec verba nō possunt conuenire casui nostro: quia dicti creditores habentius in nomine debitoris sibi obligati. iuxta. l. nomē. C. que res pig. ꝛ. l. si cōuenerit. ff. de pig. ac. ꝛ facta executione sentētie late pro ipso cessionario contra debitorem condemnatum erit extinctum nomen debitoris. quia illud extinguitur quam primū satisfactū est obligationi qua tenebat̄ creditori. ꝛ sic erit extinctum qḋ erat obligatum dictis creditoribus. vt dicit text.
3 in. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. iij. † Nam solutione eius ꝙ debet̄ omnis tollit̄ obliga. l. nulla. l. obsignat. C. de sol. insti. quib. mod. tollitur obligatio. in prin. ꝛ non est dubium quod si verum est illud quod asserit dictus cessionarius. s. ꝙ dictus debitor iure permittente possit soluere ipsi cessionario non posset amplius per dictos creditores cōueniri dictus debitor vt probat̄ in. d. l. nomē. ꝛ rationem proxime allegatam. s. ꝙ solutione eius quod debetur facto creditori vel representāti omnis tollitur obligatio, ꝛ sic debitor soluens liberatur in. l. vero procuratori. ff. de sol. l. solutum. §. solutā. ff. de pig. ac. nec etiam agere possent creditores predicti aduersus predictum cessionarium
4 aliquo remedio. Nam actione personali nō possent: † quia creditores predicti habentes predictum nomen debitoris obligatum habent vtilem actionem personalem contra ipsum debitorem creditoris sui. l. postquam. C. de here. vel ac. ven. ꝛ. d. l. nomen. ꝛ ibi no. ꝛ hoc nemo negat. sed constat qḋ illa personalis actio non potest dari dictis creditoribus contra dictum cessionarium facta executione dicte sententie: quia nullus cōtractus vel quasi est gestus inter dictos creditores ꝛ dictum cessionariū cuius occasione posset dari vel nasci aliqua actio personalis contra dictum nomen iuxta. l. si in area. ff. de condi. inde. l. paulus. ff. de doli except. ꝛ personalis actio non sequitur rem sed possessorem rei. l. j. §. si heres. ad trebel. l. non aduersus. C. si cert. pet. l. pe. de obl. ꝛ ac. vnde liceat ad dictum cessionarium peruenerit pecunia vel res debitoris data insolutum dicto cessionario tamen per hoc non posset dictis creditoribus dari actio personalis contra dictum nomen vt in iuribus proxime allegatis. ¶ Nec etiam posset dari dictis creditoribus vtilis actio hypothecaria contra dictum cessionarium facta executione dicte sententie duplici ratione. primo quia vt tenuit. Ja. de Are. Cy. Ray. in. d. l. nomen. non competit vtilis hypothecaria creditori habenti obligatum nomē debitoris quia hypothecaria solet solam possessionem rei hypothecate aduocare. l. si cū venditor. in prin. ff. de euic. sed hic erit hypothecatum nomen debitoris dictis creditoribus. quia nomen debitoris possideri nō potest. l. seruus. §. incorporales. de
5 acq. re. do. † Item qꝛ per hypothecariam cōsequitur res obligatas. l. si fundus. §. si domus. ꝛ. §. in venditore. ff. de pign. sed pecunie vel res debitorū que perueniunt ad dictum cessionarium nō sunt ipsum nomē qḋ est quid incorporale. ergo per hypothecariā nō petet̄ ipsum nomē obligatū sed peteret̄ id qḋ in nomine debet̄ qḋ aliud est. l. si sponsalibus. §. fi. in fin. ff. de iure do. ꝛ ita etiam tenet Hof. vt refert Cy. ꝛ Ray. ibi. ꝛ idem tenet Ang. in. l. grege. §. cum pignori. ff. de pig. in. d. l. nomen. ¶ Secunda ratione tutiori ꝛ que magis placet. quia dato qḋ vtilis hypothecaria de iure possit cōpetere creditori in rebus ipsius debitoris cuius nomē est sibi creditori ab alio suo debitore obligatum. vt quedam gl. ꝛ nonnulli scribentes tenuerunt tamē facta executione dicte sententie in fauorē dicti cessionarij cōtra dictum debitorem non possit competere dictis creditoribus vtilis hypothecaria in rebus predictis. Ratio est euidens qꝛ si verum est qḋ dictus debitor debet soluere dicto cessionario sequit̄ qḋ facta solutione extinguit̄ omnis actio psonalis que poterat competere cōtra dictum debitorem tam dicto primo creditori quā etiam dictis creditoribus causam ꝛ nomē predictum obligatū habētibus. vt insti. quibus mo. tol. obl. in prin. prout iam dixi ꝛ extincta personali actione per solutionē seu satisfactionē necesse est vt dicamus ꝙ ois hypothecaria actio sit etiā extincta. l. etiam liberat̄. in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. ꝛ. l. nouatione. ff. de noua. extincta enim in ipso iure principali obligatione extinguitur accessoria. vt dicunt iura vulgaria. apparet ergo ex premissis ꝙ facta excussione predicta non remanet saluum ius in dictis creditoribus contra dictū nomē debitoruꝫ ꝛ eius bona. hoc ergo cessante cū verba ꝛ mens statuti per hoc optime facere videt̄ qḋ dicit Bal. in. l. j. circa vlti.
6 col. qui accu. nō possunt. † vbi dicit qḋ qñ aliter periculū reparari nō pōt exceptio admittit̄ vbi alias nō admitteretur. ꝛ no. a
per Cy. in simili. in. l. fi. ix. q. C. de cōpensa. ꝛ id qḋ habet̄ in. l. ij. ꝛ. iij. ff. de fer. ꝛ. l. senat⁹. ff. de offi. presi. ¶ Propterea videmus quod vbi alias non admitteretur exceptio nullitatis ad impediendum executionē. tū admittitur quando esset irreparabi b
b lis. [b] vt no. Pau. de leaz. in cle. j. de iudi. quem etiam ibi tenet ꝛ sequitur Pe. de anc. ꝛ alij. ꝛ idē Bal. in. l. ab executione. l. circa. ij. col. post Cy. C. quorum appel. non reci. ꝛ Bal. in. l. esi qui duas. C. de adulte. ꝛ Bald. in. l. si feriatis. in lec. antiqua. ff. de ferijs. ꝛ not. Imol. in. l. qui a latronibus. ff. de testa. ꝛ in. l. iij. §. sempronius. ff. de acqui. pos. ꝛ in. l. nō solum. §. morte. ff. de no. ope. nun. ꝛ similiter videmus ꝙ etiā in casibus in quibus petitio restitutionis in integrum non impediret executionem sñie. tamē si executio irreparabilis est suspendetur executio, ita inquit Bald. in. l. j. C. de in integ. resti. in ver. propterea ne quid fiat. vbi dixit qḋ pendente petitione restitutionis in integrum
c nō poterit fier. executio sñie per capturā [c] seu carcerationē persone vt ibi per eū allegat qḋ in simili no. in. l. ij. ff. de appella. reci. ꝛ etiam ita tenet Pau. de cas. in. l. iiij. §. de condemnati. ff. de re iudi. cum ergo executione dicte sñie ius quod habent dicti creditores aduersus dictum nomen debitoris ꝛ eius bona sit irreparabile ꝛ omnino extinctum. sequitur ꝙ debet per talem exceptionem impediri executio eius ꝙ alias impediri non potuisset. ꝛ si diceretur quod saltem possint dicti creditores agere contra heredes dicti principalis debitoris cōtra quem ꝛ eius bona nō est facta executio. quia respōdeo multipliciter. primo quia vt fertur notorium est principalem debitorem non esse soluendo. Unde perinde est ac si cōtra eum facta esset excussio ꝛ repertum esset eū non esse soluēdo. vt no. per glo. ꝛ doctores in. l. decem. ff. de verb. obli. ꝛ in. l. fi. ff. si cer. pe. ꝛ in. l. ij. princ. ff. qui satis. cog. ¶ Deniqꝫ excussio hoc casu non est necessaria vt possint creditores exercere ius suum contra nomen debitoris ei obligatum ꝛ ita se habet communis opini. vt inquit Bald. in. l. grege. §. cum pignore. ff. de pig. ꝛ alij quos plenius retuli in alio cōsilio super hac causa reddito vel etiam potest rñderi quod dato qḋ non eēt notorium debitorem principalem non esse soluendo: tamen cum nostra interest plures habere obligatos. vt. l. iiij. §. fi. de lib. le. ab hoc commodo habere plures obligatos excluderentur irreparabiliter dicti credito
7 res per dictam executionem. ¶ † Nam etiam Bald. in. d. l. j. C. de integr. resti. postulan. appellat carcer. preiudicium irreparabile adeo quod illo casu per petitionem restitutionis

a [redacted]

b ¶ Irreparabilis. adderot. ccl xxxiiij. inci. licet in nouis. Ale. l. iij. §. cōdemnatū. co. iij. ꝛ ibi Ja. co. iij. ꝛ. ff. de re iudi. consil. lx. Jas. l. ij. §. si seruus quē. ff. de acq. vel amit. pos. ꝛ in ɔsi. lx. consi. iij. li. j. Hyppo. de marsi. no. ɔsi. xxxvj. Bart. cōsi. xliij: etiam si. lib. j.

c ¶ Capturā, nō practicamus i ciuilibus, qꝛ p prouisionem soluēdo cautiōe accepta potest euitari captura.

a ¶ Exequendam.verum est absolute. Sed nisi creditor opponens prompte vel breui termino doceat de iure suo exequetur sententia ad commodum cessionarij, dando per eum cautionē de restituendo si dicatur in fine litis ⁊ ita practicamus. [redacted]

b ¶ Non probabit. Idem Alex.consi.xxxix.lis ⁊ questio li.v.⁊ in.l.si duo patroni.§.marcellus.ff.de iureiur. Lud.Roma.sing.dccxlij.hypp.de marsi.singu.xxxviij. fa. Ale.consi.xxviij. col.ij.li.ij.cōs.lvij. nu.v. Sz hoc itellige qñ agitur ad traditionē ꝯ ipm vēditorē vel eius heredē negātem venditionē prout etiā loquik Alex. hac.i.d.ꝯs.xxxix. li.v. Secus si agerek ꝯ tertiū, vt qñ est qstio de probādo titulo ad finez pscriptionis, quia tūc probāt testes venditionē etiā si nō recordek qtā fuerit pcij qtitas ex quo de pciō nō disputak vt decidit Bal.i.l.j.⁊ ibi Pau.C.de Reb. alie. non alienan. Raph.Cu.Alex. in.l.sciendū.co.iij. ff.de verbo.oblig. Fulg.pau. Ias.l. si duo patroni.§. marcell⁹.ff.de iureiu.Rom.consil. [illegible] coliū.iiij. pau.l.j.ff.loca.ias. rep.l.admonēdi. col.iiij.ff.de iureiur. Fran.Bal.in tra.de prescrip.in ij.part. tertie par. pn.q.ix.i fi. Rug. de mota in Rep. l.traditionib⁹.nu. xlix.C.de pac.verūz est ꝙ Alex.in addi.ad Bal.d.l. j.C.de reb.alie.nō alienā.⁊ i.d.l.sciēdum. col.iij.iprobat Bal.qꝛ, inqt, hi testes nō ꝯcludūt cū possit vēditio esse facta vno numo ⁊ sic eēt nulla.l.si qs añ.ff.de acq.posse.nec potest Alex.aliter se hinc extricare quā restringēdo dictū Bal.vt procedat dummodo testes deponant de certo precio saltē vltra vnū numum. Sed hec dubitatio Alex.futilis est in proposito. qꝛ licet vbi partes remanserunt in terminis simplicis cōtractus dubitari possit an valeat tanquā donatio vel cōtractus innominatus de quo per Bar.Alex.⁊ alios in.l.si quis ante.ff.de acq.poss. Tamē postquā secuta est traditio ⁊ agik cōtra tertiū, vt in hoc limitatione, non est dubitādum quin titulus validus sic sufficienter probatus siue sit venditio vel donatio vel cōtractus innominatus: qꝛ de specie non curat. inuenio etiam ꝙ Alex.in addi.ad Bar.in.l.ꝙ sepe.§.illud.ff.de cōtra.emptio.⁊ vendi.mouet circa hec aliam dubitationē, si testes deponētes de precio vnus de minori aliud de maiori summa deponat: ⁊ dicit ꝙ nō probant nec sunt concordes etiā in minori summa que nō in est maiori in causa onerosa.l.si decem.ff.loca.qd est intelligendū quādo agik contra venditorē negantē venditionē ⁊ est indubitatū quando actor: vult offerre solum minus precium. Sed si offerat etiā illud maius preciū pōt dubitari. Sed adhuc verā puto decisionem Alex. si nō sint alie probationes nec alie cōiecture quā illorū duorū testium qui nō probāt ex quo discordant in vno substantiali. Itē limito predicta si testes deponerent precium conuentum fuisse solutum ⁊ venditorem in eorum presentia recepisse ⁊ contētum fuisse quia tunc licet non possint precise deponere de quantitate precij, puto ꝙ probant etiam cum agitur contra venditorem vel eius heredem negantem venditionem. Idem si probetur pretium fuisse donatum vel remissum: quia cum non amplius agatur de eo soluendo ⁊ offerendo, non est necessaria probatio ipsius quantitatis. Sed sufficit probare certitudinē in genere ⁊ in residuo de quo agitur. [redacted]

in integ.possit impediri tunc executio sentētie que alias impediri nō posset.⁊ tamen quāuis sit carceratus pōt excarcerari ⁊ etiā pōt agere actione iniuriarum per quā consequitur etiam damnū ⁊ iniuriam si iniuste fuit carceratus.l.j.C.qui bon.ced. pos.l.si creditor.in fi.ff.de priuile. credi.⁊.l. si vero.§.j.ff. qui satisda.cog.⁊ no.Bal.in.l.fi.§.si prefatam.C.de iure.delibe.⁊ no. Ang.in.l.nemo carcerem.C.de exac.tribu.lib.x. tamen qꝛ ille actus carcerationis ex toto est irreparabilis propter incōmodum ⁊ aliqualē infamie notā debet impediri seu suspendi eius executio. ita in proposito qꝛ facta executione extinguik nomen debitoris vt est dictum. nec potest reuiuiscere. vt.l. qui res.§. aream.ff. de solu. merito debet impediri dicta executio. ¶ Ex predictis ergo apparet non obstare statutū in terminis iuris communis ſm qꝫ dixi ⁊ dicti creditores habētes vtiles actiones preferunk dicto cessionario. qꝛ ex cessione nō potuit habere nisi exercitiū directarū etiā si lata esset sentētia pro dicto cessionario cōtra dictum debitorē vt opportune probaui in cons. j.per.l.iij.cū gl.in ver.eo.modo.C.de noua.tūc.no.per doc.in.l. nō quocunqꝫ.§.qui cainm.ff. de leg.j.cū alijs allegatis in predicto consi.⁊ etiā ex doctrina Bar.⁊ aliorū in.l.a diuo pio.§.si super.ff.de re iudi.cui doctrine quo ad casum nostrum nō obstat qd no.per Inno.in.c.cū inhibitio. de clande.dispon.⁊ per Ang.in.l.pe.ff.de pet.her.vbi limitat.d.l.pe.⁊.l.is a quo.ff. de rei vendi.vt ille leges locū habeant quādo tractarek de preiudicio irreparabili.quia omnino tūc suspenditur executio secus de preiudicio non irreparabili, qꝛ tunc habet locum id qd habek in.d.l.pe.qꝛ respōdeo.ꝙ sumus in casu.d.l.iij.cuz gl.⁊ non sumus in casu.d.l.pe.scilicet.ꝙ vnus habet vtiles prout habēt dicti creditores ⁊ alij habent directas seu exercitiū earū vt habet dictus cessionarius. ¶ Patet etiā alia ratione qꝛ tex.in.d. l.pe.loquik quādo facta executione sentētie remanebat saluuz ius cōtra ipsum obtinentē executionē ipsi tertio volēti impedire ipsam executionē vt ibi dicit tex.in fi.sed in casu nostro facta executione non pōt remanere saluum ius dictis creditoribus, nec cōtra eum cōtra quē fit executio nec cōtra illū pro quo fit executio: qꝛ vtilis actio personalis vel hypothecaria erit extincta.vt.s̄.probaui: vnde potius sumus in casu nostro per Inn. in.d.c.cū inhibitio.⁊ per Ang.in.l.pe.volētes ꝙ quando preiudicium est irreparabile tūc impediak executio. Nec etiā habet obstare qd non probauerint dicti creditores agentes de graui eorū preiudicio si dicta executio sentētie fiat vt videk requiri si volunt dictam executionem impedire per id qd habetur in.c. cum super.de re iudi.quia eodem modo respondeo quo respōdi.s̄.ad.d.l.pe. Quinimo in casu dicti.c. cum super.si voluisset titius ostendere de magno preiudicio non potuisset impedire executionē sententie a qua appellasset.vt in.d.l.pe. Nec cōtrariū dicik in.d.c.cū super.solum enim differt decisio posita in.d. l.pe.qꝛ in casu posito in.d.l.pe. Tertius comparuerat ante latam sententiā in fauorē primi agentis.secus in casu.d.c. cū super.vt ibi per glo. Preterea de euidenti preiudicio etiam irreparabili dictorum creditorum videtur constare.vt.s̄.probaui.

¶ Non curo respondere ad vnū qd audio allegari per partem aduersam.s.ꝙ illud nomen debitoris obligat. occasione tutele non venit in obligatione facta dictis creditoribus. eo qꝛ obligatus obligatione tutele potius videtur obligatus ex delicto vel quasi: quā ex cōtractu vel quasi: ⁊ sic non potest dici debitor: qꝛ ad hoc est plus quam opportune responsum per clarissimum do.aduocatum dictorum creditorum in allegationibus suis.⁊ certe hoc fundamentum pro honore partis aduerse potuisset pretermitti. ¶ Ex quibus concludo dictam sentētiam
a non esse exequēdam [a] in fauorem dicti cessionarij. ¶ Alex.

Summarium.

1 Instrumentum vel testes de venditione sub certo pretio probant venditionem contra venditorem.
2 Tractatum probare non prodest.
3 Summe maiori non inest in causa onerosa.
4 Affinis non est testis integer.
5 Testificari qui non coguntur, an volentes admittantur.
6 Testis quis sit maior omni exceptione.
7 Testes contradicentes se se infringunt.

Consilium. XVIII.



Viso processu cause vertentis inter Antonium quondam Ioannis Bertini de laurano ex vna parte agentē.⁊ egregiū viruz ser Ioannem Antoniū de abbatis de cesena ex altera se defendentem. ¶ Videk mihi partes dñi iudicantis esse debere in absoluendo prefatū ser Ioannē a petitione dicti actoris maxime ex infra scriptis. Nam si bene inspiciak non videk pro parte actoris opportune probatū id qd erat fundamentū intentionis sue. ⁊ sic sumus in regula quod actore non probante reus debet absolui.l.qui accusare.C.de edē.c.vno extra vt eccle.bene. Nā ad probandū allegatam venditionē pretorij de quibus in libello actor produxit duos testes videlicet, Eximiū iuris doc.d.Egidium quondam Matthei de cesena ⁊ do.Masium de Cusano quorū attestationes nō videnk aliquo modo intentionem dicti actoris probare.⁊ in primis capio depositionē dñi Egidij: ipse enim dixit ⁊ deposuit quod audiuit dictos Ant.⁊ do.Io. Ant.adinuicē alloquētes de quadā venditione quā faciebant eidē do.An.de certis pratis ad rationē librar.x.⁊ solidorū xv. siue librarum.xi.iudicio ipsius testis de quo pretio dicit se precise nō recordari nisi ꝙ iudicio suo fuit vt.s̄. dictum est per eū. ⁊ ꝙ tamē inter dictas partes erat tūc aliqualis differentia de dicto ptio eo qꝛ vt dixit Antonius dicebat velle solidos quinque vltra dictū pretiū ꝙ dare nolebat dictus Antonius. ⁊ ꝙ dictus Antonius numerauit ⁊ soluit eidē ser Ioanni Antonio aureos.x.vel circa cū pacto de soluendo aliā quantitatē in hebdomada tūc proxime vētura. ⁊ ꝙ dict⁹ ser Io. Antonius dixit statim hec verba vcʒ Antonio sel te parte de hauere facto male inanti che tu me dagili dinari che tu me hai promesso de pagare questa altra septimana io sono cōtento che nō ne sia facta cosa alcuna finadamo hoc est in effectu qd deponit quod ipsemet postea repetitus ad declarationē dicti sui etiā illud asserit se affirmādo ꝙ partes in effectu remanserūt in differētia circa dictū pretiū in quinqꝫ solidis: cōstat autē ꝙ ad hoc vt perfecta dicak emptio: adeo qd inter emptorē ⁊ venditorē dari possit actio ex empto ⁊ ex vēdito requirik ꝙ cōuētio facta sit de pretio tūc certo vel alias postea ſm ordinē contrahentiū legitime certificato vt in.§.pretiū.insti.de emp.⁊ vē.⁊.l.si voluntate.C.de rescin.vēdi.l.fi.C.de cōtrahen.emp.l. qd sepe.§.j.ff. eo.ti.⁊ etiā oportet emptorē antequā cum effectu agere possit actione ex empto ꝙ offerat pretiū debitū ⁊ conuentū.l. Iulianus.§.offerri.ff.de ac.emp.l.ediles.⁊.§.fi.ff.de edil.edic. ¶ Ergo cū nō cōstet de depositione dicti testis ꝙ pretiū fuit li.x.⁊ soli.xv.pro qualibet tornatura an vero libra.xi.sequik ꝙ nō pōt dici per eū esse probatū de perfecta venditione.⁊ etiā cū nō soluerit aut obtulerit se soluere emptor vēditori ad rationē librarū xj.nō pōt dici qd ex parte sua adimpleuerit emptor. Bene facit qd dicit Io.de Na.⁊ Nay.in.l.j.C.de cōtrahē.⁊ cōmit.stip.
1 vbi dixit † ꝙ si producak instrumentū emptionis facte per titiū a tali prelato de tali re si in tali instrumēto nō continek cer
b tum pretium.ꝙ tale instrumentum nō probabit. [b] ¶ Nec etiā presumek venditionē factam fuisse pro iusto pretio seu pro aliquo determinato pretio. Nam nō presumitur solennitas materialis cum non sit vniformis.d.§. pretium.⁊ sic non est illud quod in

ꝙ in solẽnitate formali. vt no. Bar. in. l. sciendũ. ff. de ver. obli.
in prin. ¶ Et dato ꝙ vbi tale instr̃m vel similis ꝓbatio facta
per testes deponentes de venditione sʒ non de p̃tio certo pro-
duceret̃ non cõtra vẽditorẽ sʒ ꝯ̃ tertiũ possessorẽ. esset dubium
an standũ esset tali proba. per no. ꝑ Bar. in. l. j. C. de reb. alie. ⁊
per Cy. in. d. l. j. de ꝯ̃hen. stip. quasi non posset iste cõtra quem
producitur opponere de iure tertij tũ qñ producit̃ contra ven-
ditorẽ qui non confitetur sibi esse satisfactum de pretio. tũc ne-
mo negat ꝙ oporteat esse probatũ de pretio certo vt ipse pos-
sit cũ effectu agere vt etiã specifice ⁊ in terminis decidit Ra-
pha. Cu. in. d. l. sciẽdũ. ⁊ etiã Ful. ⁊ Pau. de Ca. in. l. si duo pa-
troni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. ⁊ est de mente Ray. in
l. j. C. de contrahen. ⁊ commit. stipu. ⁊ patet ex alle. s̃. ¶ Quin
imo ⁊ fortius in casu nostro si bene inspiciatur depositio dicti
testis ipse nescit testificari nisi de tractatu emptionis ⁊ vendi-
tionis non autem de aliqua certa conclusione celebrati cõtra-
2 ctus. † Unde probare tractatum [a] non releuat cum quis agit
a ex contractu nisi probat formatum fuisse certo modo contra-
ctum: quia multa tractantur que non perficiuntur. l. si ex cau-
sa. §. nunc videndum. in fi. ff. de mino. d. l. si volũtatem. ⁊. l. sciẽ-
dum. §. deinde. ff. de edil. edic. ⁊. c. dudum. de reb. eccle. nõ alie-
nan. in. vj. ⁊ his verbis per preallegata iura vtitur Bald. in. l.
multũ. in. ij. col. C. si quis alte. vel sibi ⁊ in. l. cum allegas. in. iij.
colũ. C. de vsu. ⁊ in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obli. ⁊ dato
ꝙ dominus Egidius deponat ꝙ dictus Antonius soluit du-
catos. x. vel circa cum pacto de soluendo aliam quantitatem
in hebdomada sequenti non potest dici ꝙ arguat contractuʒ
fuisse firmatum pro pretio librarum. x. ⁊ solidorum. xv. vt asse-
rit Antonius in libello q2 in proposito non sufficit ꝙ apparet
in genere ꝙ fuerit cõtractus firmatus nisi appareat quod fue-
rit certum limitatum pretium ⁊ de illo satisfiat per emptorem
vel illud offerẽdo vt dictũ est q2 aliter non potest obtinere em-
3 ptor agens ex empto. d. §. offerri. † nec isto casu iuuat dicere ꝙ
in maiori summa inest minor. ⁊ ꝙ censeantur fuisse concordes
in minori summa. lege diem proferre. §. si plures. de arbi. l. si sti-
pulanti. ff. de verbo. ob. c. j. de arbi. in. vj. q2 illud non vendicat
sibi locum in contractu facto ex causa onerosa vt in proposi-
to nostro. l. si. x. ff. locati. ⁊ not. in. d. l. si stipulanti. ⁊ sic apparet
ꝙ dictus Egidius non probat legitime de emp. ⁊ vendi. vt re-
quirit̃: dñs Masius vero etiã nõ probat saltem tanq̃ integer
testis: q2 est coniunctus affinitate cũ dicto anto. eo q2 vxor di-
4 cti Anto. est amica ipsius testis. ¶ † Cõstat autẽ ꝙ affinis q̃-
uis non reperiatur ꝓhibitus testificari. ⁊ sic non repellatur a
testimonio. tñ minus ei creditur q̃ testi qui est omni exceptio-
ne maior vt vidim9 in multis: vt fratre ⁊ similibus. q2 licet non
intelligatur prohibitus testificari in cã ciuili pro fratre. vt not.
glo. ⁊ doc. in. l. parentes. C. de testi. ⁊ no. Inno. in. c. insinuãte.
de offi. deleg. ⁊ spe. in. ti. de testi. §. j. in versi. sed nunquid frater
argu. l. j. ff. de testib. tamen ei minus credit̃ q̃ extraneo testi. vt
inquit Spe. in titu. proxi. alle. ⁊ Pet. ⁊ Cyn. in. d. l. parentes. ⁊
Bar. in. l. qui testõ. §. j. ff. de testa. per not. in. l. etiam matris. ff.
de proba. istud etiam vult Bar. in admonendi. in. ix. col. ff. de
iureiur. in verbo venio ad tertiũ. vbi dicit quod testis consan-
guineus vel multum amicus parti nõ dicitur omni exceptio-
ne maior. ideo s̃m eum nõ facit semiplenã probationẽ ⁊ sequi-
tur Anto. de Bu. in. c. fi. de iureiur. bene facit licet nõ alleget
glo. in auť. de mona. §. cogitandũ. in versi testes. hoc idem vo-
luit Guli. de Cu. in. l. cui eorum. §. affinitatis. de postu. vbi me-
lius quo ad propositum nostrũ dixit ꝙ non solum fratris te-
stimonium est supectum qñ deponit ꝓ fratre verũ etiam illud
idẽ erit in vxore fratris tui testificante pro te. ar. l. j. §. fi. eo. titu.
⁊ sic apparẽt ipsum velle ꝙ vxor fratris tui que affinis est quo
ad testimoniũ pro te ferendũ sit suspecta. ita etiã expresse tenet
Bar. in. l. affinitatẽ. ff. de procu. ⁊ Bal. in. c. in literis. de testi. ⁊
vbicunqʒ testimonium alicuius est suspectum tunc non facit
semiplenam probationẽ nec eius testimonium dicitur esse in-
tegrum. l. iij. in prin. ff. de testib. ibi. nam si careat suspitione ⁊c.
glo. in versi. admittendus est. ⁊ ꝙ testimoniũ affinis non sit in-
tegrum pro affine etiam est de mente gl. in. l. iiij. ff. de testi. iun-
cto tex. ⁊ licet illa glo. iuncto text. videatur ꝯ̃ dicere glo. que est
in. d. l. parentes. q2 glo. que est in. d. l. iiij. videtur velle ꝙ perso-
ne ibi enumerate repelluntur a testimonio glo. vero in. d. l. pa-
rentes. vult contrarium: tamen reducuntur ad concordiã per
Jac. But. quem refert ⁊ sequitur Barto. in. d. l. qui testamen-
5 to. §. j. † quod quando persone que nõ possunt cogi de iure ad
testificandum cõtra quosdã sicut persone que non coguntur
testificari rõne coniunctionis. sez cõtra coniunctum ⁊ non ra-
tione reuerentie quam habẽt illi persone. ⁊ sic si sponte volunt
testificari pro illo non repelluntur. vt not. in. d. l. parentes. ar-
gu. l. qd fauore. C. de legi. tamen minus sufficienter probãt per

no. in. d. l. etiã matris. ⁊ in. d. §. cogitandum. ⁊ in. d. l. iij. in princ.
[…]m si. aut ratione reuerentie prohibeantur testificari contra
eum cui reuerentiã debẽt. ⁊ sic si sponte pro eo velint testificari
b non sunt admittẽdi. ita procedit ꝙ no. gl. in. d. l. iiij. [b] exemplũ
est in filio emancipato testificãte pro parte vel genero testificã-
te pro socero. l. testis idoneus. cũ glo. ff. de testib. ¶ Nec predi-
ctis aliquo modo obstat statutũ sub rubrica de testi. q2 quan-
Viso processu satis longo z inuoluto inter Alexā.z magistrum Ioan.baptistam ac Petrum venturam filios quondam benedicti venture de bura agentes.z do.Meldinem quondā vxorem dicti benedicti se defendentem ac ex diuerso petētem z literis Spectabilis do.potestatis mediolani quibus me requisiuit vt consulerent que future sunt partes iudicis in iudicando. ¶ Omissis superfluis dicam in primis que debēt esse partes iudicis circa petitionē restitutionis in integrū petitam per doctos filios benedicti aduersus immistionē hereditatis paterne. ¶ Secūdo quod super petitione librarum.ccc.facta pro parte.d.do.Meldi. ¶ Circa primum dico partes iudicis esse in pronūciando.d.restitutionem in integrum non esse cōcedendam. ¶ Et primo quia nō est probatum legitime quod dicta immistio fuerit facta tempore quo ipsi essent minores.xxv.an.prout requiriꝭ.l.si maior.z.l.minoribus.C.de in integ.rest.z p totū tit.C.si vt se ab here.abstine.z.c.cōstitutus.de resti.in integr.nec sufficeret si se immiscuissent post.xxv.an.intra quadriennīū q2 pro lesione eueniēte in tali tpe non datur restō in inte.l.doli ibi diuersum est si iā excessit zc.ff.de nouat.z.l.ea que.de tēp.in integ.resti.pe.lꝫ in vno casu reperiat priuilegiuꝫ vltra dictū quadriēniū.s.qñ filius abstinuit ab hereditate paterna pōt intra triennium si bona non sint distracta reuocare abstinentiam suam z adire,z dictū tps triennij non currit nisi elapso tpe etatis.xxv.an.z elapso quadriennio post perfectaꝫ etatē.xxv.an.vt est casus in.l.fi.C.de repu.here.qui non est casus noster.Sed de ista minore etate tpe immistionis nō repe-
1 rio probatum legitime.Nec ad hoc obstat si dicatur † ꝙ satis probaꝭ eoipso ꝙ dicto Alex.z magistro Ioā.baptiste datus fuit curator z.d.Petro vēture datus fuit tutor.z sic prima facie videꝭ illud sufficere ad fundandā intentionē dictorum minorū per ea que not.Bal.z Ang.in.c.cū te.C.de proba.q2 rūdeo primo:vt inquit Salyc.in.d.l.si maior.in vlti.col.vbi querit quidā petijt sibi curatorē dari vt autoretur in quodaꝫ ꝯctu:z ita cū illius autoritate z iudicis decreto mediante ꝯxit cum titio vult postea probare se fuisse minorē tpe illius ꝯctus per instrumentū dicte cure z ꝯctus queriꝭ an possit z rūdet ꝙ sic cōtra dictū titiū cū quo cōtraxit:vt minor sed non ꝯ alios per regulā.C.res inter alios acta.Item q2 ille actus nō dr factus in iudicio cum contradictore z tūc cōstat qd in casibus in qui-
2 bus † acta facta inter alios preiudicat alijs requiritur quod gesta fuerint cum cōtradictore legitimo:vt.l.cum nō iusto.ff.de col.detegē.z no.Iac.but.Bal.z Ang.in.l.ingenuum.ff.de sta.ho.z Ia.but.in.l.papi.§.ex papi.§.ex causa.ff.de inof.test.z in.l.ij.C.quib.res iudi.nō no.z dicit etiā Salyc.in.d.l.si maior.qd hoc etiam suadet ratio fraudis euitande. ¶ Ad idem tendunt verba Bal.in.l.iij.§.qd obseruari.C.de iura.cal.circa quartam col.vbi per illam glo.ibi positam dicit ꝙ quis debet esse cautus vt non litiget cū curatore eius quē putat maiorem q2 aperit sibi viā ad restitutionē in integrum.z sic sentit ꝙ sola datio curatoris nō sufficiat nisi cum eo litigetur vt cum curatore minoris.vñ in processu procurator.d.Meldi.nunꝙ confessus est istū esse legitimum curatorē predictorum agentium:imo sepenumero negauit.accedit ꝙ not.Bart.ff.de iureiur.in l.admonēdi.circa vlt.char.in ver.quero.qd si dictus testis zc.voluit quod facta vel acta z attestationes facte inter alias p-
c sonas non noceant [c] alij quo ad aliam probationem posito ꝙ quo ad aliquam presumptionem nocerent iuxta.l.a sententia.in prin.de appel. ¶ Confirmo per id qd no.Bal.in.l.idem
3 fiet.ff.de test.tute.vbi per illū text.colligit † quod si dubitatur an aliquis sit restituēdus quod dicit se minorem iudex ex hoc non debet sibi dare curatore interim ne quasi inducatur presumptio qd sit minor z paretur principali liti preiudiciū.z sic posito qd aliquis vbi non tractaret de dādo curatore ei vellet tūc cum illo curatore tanꝙ cum minore restitui potest aliquo modo precedere illud qd dicit Bal.z Ange.in.d.l.cum te.tamen quando ad hunc effectum petitur dari curator.s.vt cū eo tanꝙ minor restituatur non procederet illud quod dicit.z ita fuit in casu proposito z minus caute prouidit qd fecit dictus dominus iudex qui eo modo dictū curatorē dedit. ¶ De errore etiam dicti interponētis decretū apparet quod eodeꝫ die etiam dedit dictos Alexan.z magistrum Ioan.ba.tutores.d.Petro vēture:hoc autē arguitur quod essent maiores.xxv.ann.quia aliter dari non potuerūt tutores.l.fi.C.de legi.here. ¶ Potest etiam rūderi ad not.per Bald.z Ange.in.d.l.cum te.quod loquuntur quo ad sustinendum tantum validitatem illius actus in quo interuenit decretum.Sed quod ad alium effectum principaliter deductum in iudicio per actorem se defendentem in minori etate quod per dictum decretum in alio actu interpositum probetur minor etas.vt in casu nostro hoc non dicunt prefati docto. ¶ Pro hoc etiam benefacit quod habetur in.c.illud.de presumpt.z quod ibi per illum tex.not.Anto.de but.in.iiij.notabili.vnde dixit per illum text.proba-
4 ri † quod enunciatum propter se instrumento si conferāt ad validitatem eius quod principaliter agitur in instrumento
d probat inter partes:sed non probabit si de illo enunciato [d] contingat principaliter disceptari inter partes in iudicio.z ita dicit limitari ad quod habetur in.l.optimam.C.de contrahen.z commit.stipul.vnde in casu dicti.c.illud.enunciatio matrimonij in instrumēto dotali confert ad validitatem dotis quia non est sine matrimonio.l.fi.C.de dona.ante nupt.z hoc si principaliter de dote agatur que erat principalis in dicto instrumento:sed si contingeret principariter tractari in iudicio de illo enūciato.i.matrimonio illud instrumentū non ple-

ne probaret

ne probaret. ⁊ ita est in ꝓposito posito qđ nõ principaliter disputaret de validitate cure illa renunciatio minoris etatis sufficeret in casu in quo loquit̃ Bal. ⁊ Ang. i. d. l. cũ te. tñ si postea contingat principaliter tractari in iudicio de ipsa minori etate illud solum nõ h̃z sufficere ⁊ hoc est qđ sentit Saly. in. d. l. cũ te. in fi. dũ dicit ꝙ illud decretũ operabitur vt facilius probetur minor etas in cã restitutionis in integ. ¶ Nõ obst. attestationes quorundã testiũ productorũ pro parte dictorũ agẽtium quibus dicti agentes nec vidẽtur velle vti: qꝛ dicũt fuisse examinatos post compromissum ⁊ sic tote clausule adiecte in cõpromisso. s. qđ nisi ꝑ arbitros causa fuerit terminata q̃libet partium remaneret in eo statu quo prius erat cõpromissum ⁊ posito qđ essent legitime recepti dicti testes adeo qđ eis standum esset, attamẽ si bene inspiciat̃ non probãt qđ eo tp̃e quo se immiscuerunt dicti fratres hereditati paterne essent minores. ⁊ qđ nũc sunt minores. xxviij. an. imo potius probãt ꝯtrariũ
5 saltẽ de dicto Alex. ⁊ † quia nõ assignant aliquã cõcludentem rationẽ dicti sui prout tenẽtur assignare testes ad probandum minorẽ etatẽ iuxta no. per Bar. in. l. de etate. maxime in. vij. q. ff. de mino. ⁊ Bal. in. l. solã. circa vlt. col. C. de testib. ⁊ notabiliter per Bar. in cõsi. suo incip. in qõne vertẽte inter dñm simonem Jac. ⁊ Saly. in. d. l. si maior. nec ad probãdum etatẽ petri venture attẽditur tp̃s cõfessionis instrumẽti dotis dñe Meldine vxoris dicti benedicti: qꝛ illud instr̃m fuit cõfectum post ꝯtractum matrimoniũ: vt ex eiꝰ inspectione apparet ⁊ ꝑ hoc non opꝫ insistere suꝑ virtute attestationũ. d. do. Meld. que ꝑ plures testes conata est probare de maiori etate dictorũ fratrum. ¶ Alia rõne vr̃ etiã qđ nõ pñt circa restõnem in integrũ obtinere dicti agẽtes qꝛ requirebat̃ ꝙ ꝓbarẽt de lesione. d. l. minoribus. ⁊ l. nam ⁊ postea. §. si minor. ff. de iureiu. ⁊. d. c. cõstitu
6 tus, † ⁊ quod nõ sufficiat ꝓ obtinẽda restitutione in integrũ aduersus immixtionẽ ꝓbare dũtaxat aditionẽ hereditatis siue mixtionẽ ⁊ minorẽ etatẽ nisi aliter probet̃ de lesione seu hereditate dãnosa apparet ꝑ. l. verũ. §. si locuples. ff. de minor. ⁊ ita post multa firmãt Joã. de are. Cy. ⁊ Ray. in auẽ. si oẽs. C. si vt se ab here. absti. Et ibi rñdent ad ea que possent in ꝯtrarium allegari. Et plus dt Jmo. in. l. necessarijs. ff. de acq. here. ꝙ licet Bal. post Jac. but. in. l. j. C. si vt se ab heredi. absti. velit ꝙ satis dicatur probatũ de lesione si minor probauit debita esse in hereditate nisi ex aduerso probetur qđ facultas sufficiat ad soluendum non videtur esse verũ secũdum Jmo. qꝛ potest esse, ꝙ debita sint in hereditate ⁊ tamen hereditas sit soluendo locupletior. i. locuples ⁊c. l. nõ ab hoc. C. vnde cogn. c. in p̃sentia. de proba. nisi s̃m eũ seruaret̃ practica tradita ꝑ gl. in. l. cũ de lege. ff. de proba. que tñ non videt̃ seruata in proposito. s. qđ heres allegauerit tacita bona extare in hereditate benedicti que valent vsq; ad tãtam quantitatẽ non sufficientẽ ẽri alieno. ⁊ qui vult dicere qđ essent plura probet. ¶ Illud qđ tñ me principaliter mouet est effectꝰ probationis etatis: ex q̃bus apparet q̃tum ad hoc non esse opus insistere super satisdatione petita pro parte dictorũ agentiũ qꝛ licet ꝓ parte. d. do. Meldine non fuerit prestita: sed ṽbo tantũ oblata ab eo q̃ eius noĩe cõparuit tñ talis defectus nõ facit qđ actor q̃ non probauit de iure suo debeat obtinere. c. fi. de iureiu. l. qui accusare. C. de edẽ. ⁊ in dicta prima causa debebit victus victori in expẽsis legitimis condẽnari. vt in iuribus vulgaribus ⁊ in statuto sub rubri. qđ victus victori ⁊c. ¶ Nec videndũ est q̃d sit pronunciandũ circa petitionem dicta dñe Meldine dum petit sibi assignari de bonis dicti benedicti pro quantitate librarũ. ccc. ex causa dotis s̃m formam statuti sub rubrica qđ mulier possit defendere bona viri ⁊c. ¶ Et licet circa hoc plura dici possent: attamen attẽto ꝙ fuit ꝓ parte dicti Alex. ⁊ fratrũ petitũ p̃stari satisdationẽ a proccuratore. d. dñe Meldine s̃m formã statut de satisdatione prestãda ⁊ ꝓcurator rñdit qđ qꝛ negare hoc nõ poterat s̃m formam statutorũ offerebat se paratũ illam prestare presente ser. Joã. quondã de noĩe dicti Alexã. ⁊ fratrũ ⁊ acceptãte in parte in partibus ⁊c. ⁊ tñ. d. satisdatio actu nunq̃ fuit prestita. vñ succedit dispositio dicti statuti ꝙ ꝯ recusantẽ prestare. d. satisdationem iudex in sua petitione non audeat ⁊c. ¶ Nõ ob. si diceretur ꝙ statutũ loquitur ꝯ denegantẽ seu recusantẽ prestari satisdationẽ sed procurator. d. dñe Meldine nõ recusauit imo obtulit se paratũ illã prestare: ergo non su-
7 mus in casu statuti. ¶ Qꝛ rñdeo qđ vbi est opus facto verba non sufficiunt. satis eñ recusat prestare satisdationem ille qui interpellat̃ cũ causa re ⁊ actu nõ prestet vt prestare tenet̃. l. seruus si heredi. §. fi. ff. de statu lib. ⁊ l. cum. ff. de solu. c. j. de eo qui mit. in pos. cã rei seruã. c. pastoralis. in fi. cũ glo. fi. de offi. deleg. no. Bar. ⁊ alij in. l. pretor. §. si qs paratus. ff. de no. ope. nũ. ⁊ in l. creditor. in vlti. col. ff. de distra. pig. cũ simi. Alias facile esset semꝑ deludere dispositionẽ dicti statuti ⁊ facere ꝙ dispositio intelligeret̃ imposita verbis ⁊ nõ rebus cõtra. l. ij. C. cõmunia de leg. ⁊. c. cõmissa. de elec. in. vj. ¶ Non obst. etiã si diceretur ꝙ filij dicti benedicti nolebant se impedire de ista causa dotis ergo quo ad hoc nõ debet intelligi petita satisdatio: qꝛ rñdeo ꝙ imo non fuerunt cõfessi ipsam dominã Meldinam esse audiendam ea parte qua dixit sibi assignanda bona pro dictis libris. ccc. in causam dotis s̃m formã dicti statuti: imo expresse negauerat tale ius sibi cõpetere: vt patet maxime in comparatione facta per ser Jo. die. xx. Februa. de mane. Ex quibus concludo in hac secunda parte partes iudicis esse in pronunciando. d. do. Meldinam ⁊ eius intercessorẽ non fuisse nec esse audiendã circa dictã consignationẽ bonorũ pro causa asserte dotis propter. d. satisdationẽ non prestitã ⁊. d. do. Meldinã ⁊ eius procuratorẽ tanq̃ in hac parte succubentes in expensis legitimis condemnari debere parti aduerse. Alexand.

Summarium.

1 ☞ Renunciationes oẽs ⁊ clausule similes posite in compromisso, habent tacitam cõditionem si arbitri sententiã tulerint.
2 Compromissum non valet post rem iudicatam, nisi sententie renuncietur.
3 Compromissum est quedam transactio.
4 Liti ⁊ instantie renunciatio exponitur, idest instantie.
5 Coniunctio vna accipitur pro alia quoties menti expedit.
6 Renunciari instantie soli potest, parte volente.
7 Renunciatio iuris etiam non liquidi, donatio est.
8 Donatio cum libera non venit in mandato quantuncunq; generali.
9 Syndici sicu. tutores possunt ea que requirunt speciale mandatum.
10 Procurator non põt renũciare appellationi per se interposite.

Consilium. XXII.



VIso instrumento syndicatus cõis ascandiani ⁊ instr̃o cõpromissi facti per syndicos dicti cõis ex parte vna ⁊ syndicos cõis arceti ex altera cum renunciatiõe facta per syndicos dicti cõis terre scãdiani a litis ⁊ instãtie litis vertẽtis inter dicta cõia occasiõe cõfinium ⁊ nonnullorũ terrenorũ in territorio existentiũ inter dicta loca ⁊ cõia visisq; cõsilijs prestãtissimorũ doctorũ. s. tã primi q̃ scdi cõsultoris omissis nõ necessarijs vr̃ mihi de iure cõcludendũ dictã renunciationem nõ obesse dicto cõi adeo qđ nõ intelligetur cũ effectu renunciatũ per dictos syndicos cause dicti cõis scãdiani. ¶ Moueor primo qꝛ verbo fertur ꝙ nullã sñiam vel arbitramentũ tulerunt arbitri seu arbitratores: ⁊ compromis-
1 sum tp̃e expirauit. † vnde clausule apposite in compromisso tẽdentes ad renunciandũ vel derogandũ alicui iuri partiũ habent in se tacitam cõditionem si arbitri sñiam tulerint. ita no. Bal. in. l. si diuersa. in versi. ex predictis ⁊c. C. de transac. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. ⁊ in. l. si super possessione. C. de trãsac. Idem tenet Raph. Fulg. in. d. l. si diuersa. vbi di-
2 xit † qđ licet nõ valeat cõpromissum post latã sententiam que b transiuit in rem iudicatã: vt. l. si causa. ⁊ ibi not. doc. C. de trãsact. ⁊ l. damnũ. in prin. ⁊ ibi not. Bar. ⁊ alij. ff. de cõdi. indeb. ⁊ l. post rem. ff. de transac. ⁊ l. j. cũ ibi no. per Bal. ⁊ Ang. ff. de transac. ⁊ in. c. exposita de arbit. tamẽ fallit nisi in cõpromisso sit renunciatum sententie que in rem iudicatã transiuerat: vt no. Bal. in. l. iuris gẽtium. §. si paciscar. el. j. per illum text. ff. de pac. ⁊ in. l. elegãter. in prin. ⁊ in. d. l. si diuersa. ¶ Unde si tantũ in cõpromisso adijciatur clausula nõ obstante sñia ante lata cũ tunc videat̃ per illã clausulã renunciatũ sentẽtie valet cõpromissum tñ illa clausula importãs renũciationẽ prioris sñie solum operabit̃ in casu quo sñia arbitratoris sequet̃ non aliter: ita dt Fulg. ad. l. pactũ. §. j. ⁊. c. dilectus. de arbi. ⁊ sic vult idem qđ Bal. licet Ful. adhuc clarius ⁊ expressius loquat̃ q̃ Bal. de ipsa renunciatione sententie. ⁊ istud ꝑ se sufficeret pro victoria dicti cõis scandiani. Fortificatur qꝛ si videret̃ renunciatũ iuri ⁊ cause cõpetenti dicto cõi scandiani compromissum ip̃m factũ esset suꝑ re nõ dubia ⁊ nõ valeret. d. l. j. de transac. ⁊. d. l. post rem cũ alijs. §. alle. iunctis ibi notatis per doct. Et iuncto eo qđ not. in auẽ. vt diffe. iudi. §. j. ⁊ ꝑ Jnno. in. c. quintauallis.
3 de iureiur. cũ multis cõcor. vbi habetur † qđ tale cõpromissum
b censetur quedã trãsac.[b] que super re nõ dubia fieri nõ potest. ⁊ sic viderentur dicti compromittẽtes per dictam renunciationem elegisse viam ad impugnandum dispositionem ipsorum

¶ Cõis. syndicꝰ castri habẽs mãdatũ gñale cũ libera in cõpromisso renunciauit instantie liti ⁊ cõpromissum expirauit lapsu tp̃is. An illa renũciatio noceat ⁊ an virtute dicti mãdati potuerit renunciare decidit Alexand. quod non nocet.

¶ Trãsact. Ale. ꝯs. lxxxij. in fi. j. e. cõs. cxix. col. ij. li. ij. Lãcel. deci. l. legatũ ciuitati. ff. de vsufru. leg. no. in. l. iij. §. si seruꝰ. ff. de pecu. deci. cõs. dcxxx. col. j. sed ꝓprie ⁊ stricte non est transactio vt not. Bald. l. fi. §. j. col. j. C. cõia de leg. Lanfranc. tract. de arbi. col. j. pau. consi. xlix. in questio. li. j. co. cxxij. viso puncto lib. ij. deci. c. si quãdo. col. ij. ⁊ off. dele. c. q̃to. co. ij. de iudic. Alciat. in. l. quãte trãsegisse. C. de transactio.

compromittentiũ qd iura nõ admittunt.l.similes qui destina-uerat.ff.de test.mil.l.meuius.in prin.de le.ij. facit.l.quoties.in stip.de ver.obli.z c.abbate.de ver.sig.ad idem qz renunciatio fuit facta syndico cõis arceti in eodem instrumẽto compromiserũt de eisdẽ litibus z causis inter ipsas partes vertentibus z versis occasione predictorũ confiniũ zc. ¶ Et sic apparet euidenter qd syndici cõis arceti in eodẽ instrumento videant̃ recessisse in dicta renunciatione facta eis per syndicos scandiani.z per q̃ns renũtiatio eis facta per syndicos cõmunis scandiani pro non facta hr̃ vt.l.qui sic. ff. de sol.facit l.pleriq3.cum §.ff.de ritu nup.z.l.diuortium.ff.de diuort.z quod no.Bar.in l.titia.que in verbo quod si in veritate zc.ff.de ver.obli.z.l.singularia.ff.si cer.pe.z Ant.de but.in.c.gemma.de spon. ¶ Cõprobatur predicta:qz cũ hoc nomen z liti possit accipi varijs
4 modis,† z q̃nq3 accipiatur lis instãtia tm̃.l.cũ lite. ff.iudic.sol. z ibi not.l.properandũ.in prin.z.§.j.z ibi gl.C.de iudi.z.l.nulla.C.de procu.l.mo.C.de rei vend. Potest etiã accipi pro iure deducto in iudicio vt.l.postq̃ liti.C.de pact.z.l.litis nomen. ff.de ver.sig.z in.l.litis.C.de procur.z no.glo.in.d.l.properandum.§.fi.z gl.in.c.j.§.in verbo liti.de procur.in.vj.z licet in dicto instrumẽto dicatur qd renunciauerũt liti z instantie ipsius litis illa copula z stabit expositiue pro.i.prout alibi exponitur in.l.decernimus.C.de epis.aud.ibi in glossella parua.pro hoc facit etiam qd not.Bar.z alij in.l.vbi pactum. C.de transact. circa prin.vbi dixit qd licet proprie vel qñ ponatur disiunctiue seu alternatiue inter genus z speciem significat proferentẽ voluisse illam speciem super illo genere cõprehendi.vt.l.j.ff.de reb.dub. tamen vt deseruiat menti disponentis accipitur dictio alternatiua:vel pro id est vt in.d.l.vbi pactum.in.l.ij.ff. qd.l.aqui. ¶ Bene facit quod not.glo.in.eas causas.ff.de cõdi.z demon.† que vult qd quoties expedit quod vna coniunctio accipitur pro alia z vt deseruiat mẽti verba impropriantur.l.insulam.ff.de prescrip.verb.l.si vno.ff.loca.z.l.si stipu. de vsuris.c.cõstitutus.de reli.do.cũ ibi not.ergo,cũ ibi appareat de mente cõtrahentium z dictorũ syndicorũ communis scandiani quod non intẽdebant renunciare cause z iuri principali ipsius imo super eo voluerũt cognosci z examinari per arbitros vt indicat cõpromissum.debent accipi illa verba renunciantes liti z instãtie ipsius litis vt importent idẽ ac si dictũ fuisset renunciantes liti z instantie ipsius litis z sic dictio z.stabit pro.i. ¶ Et licet Bar.in.d.l.postq̃ liti.C.de pac.fuerit solus in vna
6 opi.†quod renunciando instantie videatur renunciatũ iuri z semel:quia soli instãtie renunciare non poterat:vt in auth. qui ciando.C.qño z qñ iudex.z no.in.l.edita.C.de eden.z sic renũciando instãtie vt valeat renũciatio vr̃ etiam renunciatũ fuisse iuri z cause.arg.l.illud.ff.de acqui.hered. Sed communiter doct.in.d.l.postq̃.tenent cõtrarium:vt Franc.tigri.Bal.Saly.Fran.de rã.Ful.z Pau.de cast.post Iac.but.qz renũciari potest solum instantie vtraq3 parte volente prout fuit in casu nostro vt no.p glo.in.l.j.C.de pres.lon.tem.licet secus sit parte inuita z cõtradicente.z ita loquuntur allegata in contrarium. ¶ Ex alio insuper capite videtur posse infringi dicta renunciatio qz posito sed nõ concesso qd verba renũciationis essent talia qd importarẽt omnimodã renunciationem etiam posito q̃ nihil fuisset arbitratũ per arbitratores tamẽ videtur qd dicti syndici nõ habuerint potestatẽ faciendi dictam renunciationẽ per quã dictũ cõe excludat̃ a iure suo in dictis terrenis
7 seu territorijs:probatur† quia renũciatio iuris principalis est donatio.l.hoc iure.§.j.ff.de dona.l.si qs delegauerit. ff. de nouat.l.si qs obligatione.ff.de re.iur.z per doc.in.l. modestinus. cũ §.ff.de donat. ¶ Et dato etiã qd ius non sit liquidũ vel liquidatum tñ gratis remittẽdo donare vr̃ adeo qd ille qui non põt donare nõ potest gratis facere remissionẽ talis debiti non liquidi.ita voluit Bal.in.l.j.in.iiij.col.C.de pac. alleg.l.preses. cum ibi no.z.l.de fideicõ.C.de trãsac. ¶ Et idẽ videtur tenere Sali.licet alleget in cõtrarium tex.cum gl.in.l. cõtra iura.§.fi. in glo.fi.ff.de pact.z non respondet.tamen respondeo dupliciter. Primo qz illa gl.fm Ang.in.l.j.ff.de duob. reis. debet intelligi qñ remissio illius debiti nõ liquidi nõ poterat damnum afferre.vt qz fortasse plus expẽdisset quam potuit cõsequi. facit.l.mediterranee.z qd ibi Bart.C.de anno.z trib.li.x.vel fm Imo.in.l.ex duobus.la.ij.in.viij.col. ff. de duobus reis. Illa gl.nõ bene dicit nec allegat aliquid quod probet dictũ suum: z pro hoc facit fm Imo.in.d.l.ex duobus. quia melius videtur dimittere rem sic in suspenso donec fortasse postea prospera fortuna succedet que ipsum ius pacto gratuito extinguere licet nõ sit ius liquidũ. ¶ Attento ergo quod talis remissio nõ potest fieri nisi ab eo qui potest donare dico quod dicti
8 syndici non potuerint donare:† quia in mandato quandocunq3 g̃nali cum libera z plena potestate equipollẽte speciali mandato iuxta.l.procurator cui libera,cum glo.z melius in.l. mandato.cũ glo.z ibi Bar.ff.de procu.z.c.qui ad agendũ. de procur.in.vj.l.nam z nocere.z ibi Bal.ff.de pac.z no. Bal.in l.illud.ff.de mino.non venit q̃ mandatarius possit remittere z donare.d.l.cõtra iura.§.fi.z.l.filiusfa.ff.de dona. ¶ Et expresse firmat Fed.de senis in cõsi.ij.inci.Quidã habet ptãtem trãsigendi vbi decidit habẽs mandatũ ad transigendũ z cõponẽdum cũ g̃nali potestate nõ potest debitũ gratis remittere per d.l.3 iur.§.si filius.z.d.l.nã z nocere.ff.de pac.hoc et clare voluit Bal.post Iac.but.in.d.l.si procurator.C.de procura.vbi vult q̃ procurator habens liberã que dicitur equipollere speciali mãdato.vt no.Bal.in.l.illud. ff.de mino.cũ concor.suprã alle.tñ non põt donare nec dilapidare nec debitũ remittere p l.creditor.§.lucius.ff.mand. z.d.l.filiusfa.z.l.si pater.ff.que in frau.cred. ¶ Unde videmus q̃ isti administratores etiã legitimi vt tutores z consimiles donare nõ possunt.l.j.post princ. ff.de tute.z rationibus distra.l.per hi.§.clarũ.ff.qd vi aut clã quamuis habeãt liberã administrationem cũ generali potestate:vt not.glo.z doc.in.l.mandato generali.ff.de procurat.
9 †qbus tutoribus equiparatur syndicus ab vniuersitate constitutus:vt probant Bart.z alij in.l.iusiurandum.§.defensor. per gl.ibi.ff.de iureiur. quia dicuntur legitimi administratores habentes liberam administrationem.l.j.in prin.z.l.munerum.ff.de muner.z hono.l.preses.cum ibi not.de transac. not. Cyn.clare z expressius Bal.in.l.j.C.etiam per procu. causam in integ.rest.z sic possunt ea que speciale mandatũ requirunt vt ibi per eos z patet in.d.l.preses.z tñ donare non pñt.vt.s. dictum est. ¶ Unde dicit Ioã.and.z alij.in.c.ij.de donat. vbi per illũ tex.dicunt q̃ prelati ecclesiastici z similes administratores nõ possunt remittere exceptionẽ peremptoriam. Et ide3 not.Innoc.in.c.j.de deposi.z in.c.cum olim.el.j.de offi. deleg. vbi etiam idem dicit in procuratore. ¶ Et idem etiam nota. Bart.z Ang.in.l.fi.in princ.ff.de fer.z in.l.procurator cui generaliter.ff.de procur.z Ang.in.l.j.ab executore.§.fi.ff.de appellat.vbi etiam concludit† quod procurator non potest re-
10 nunciare appellationi per se interposite per id quod habetur in.l.rescriptum.§.fi.cum.l.sequen.z.l.contra iure.§.fi.ff.de pac. z.l.apud celsum.§.mandaui.ff.de doli except. ¶ Et no.etiam ipsemet Ang.in.l.bonorum. ff. rem ratam haberi. z in.l.j.§.j. ff.a quibus appella.non licet.z Bal.in.l.fi.§.primo. C.de tempor. appella.z per hoc confirmatur id quod dixi supra videlicet ille qui non potest donare non potest gratis debitum liquidum remittere. ¶ Et licet sit adiecta clausula in dicto syndicatu,quod possit facere circa predicta z quolibet predictorum ac connexa z dependentia ab eisdem etiam si talia forent que mandatum exigerent speciale zc.tamen hoc non potest obstare duplici ratione prima quia dicta clausula non operatur nisi quo ad casus similes expressis non quo ad maiores: vt in terminis not.docto.in.c.qui ad agendum.§.j.de procur. in.vj.quos ibi refert z sequitur do.Dominicus de sancto geminiano,arg.c.sedes.de rescrip.z cle.non potest.de procura.z eorum que not.glo.in.c.qui ad agendum.in verbo non expressos.sed nullus casus erat expressus in mandato qui saperet omnimodam donationem seu renunciationem totalis iuris imo verba dicti instrumenti in multis partibus ipsius instrumenti sonant contrarium ergo ad talem casum non extenduntur. ¶ Secunda ratio est quia dicta clausula refert se ad precedentia z connexa non ad alia patet ex verbis.s.in predictis z circa predicta,vnde non extenduntur nisi ad ea que cõcernerent casus ibi specificatos non alios:ita loquitur Bart. in.l. qui rome.§.callimachus.ad finem.ff.de verborum obligationibus. Ex quibus concludo dictam renunciationem non preiudicare dicto communi.precedens tamen responsio tutior est. Alexand.

¶ Cõiunctio.ad hoc.Bal.l.iij.i fi.5 C.de actio.empt.z Alber.auth.hoc ius. C.de procu. Ro.cõ.cccl xxvj. questio est.co.iiij. Ias.l.si mater.co. ij. C.de inst.z substitu.l.gallus.§.z quid sit tãtũ.col. iiij. lec.j. ff.de li.z posthu.

Summarium.

1 Fideicommissarius ad vitam suam confiscare potest.
2 Confiscationi non veniunt postea requesita.
3 Alienari prohibita,z in extraneos heredes non transmissibilia non confiscantur.
4 Emphyteusis ecclesie non transit in fiscum.
5 Emphyteusis priuati,vel feudũ si ad extraneos heredes non transeant,non confiscantur.
6 Alienare prohibitus an possit confiscare.
7 Missio an fieri possit in rebus alienari prohibitis.
8 Usufructus non publicatur,etiam viuo fructuario. z nu.13.
9 Bannitus cum publicatione bonorum habetur pro mortuo.
10 Bannitus perpetuo non potest heres institui.

Continuo

9 Continuo verbum, non admittit interpellationem.
12 Alienandi prohibitio tacita, differt ab expressa.
13 Alienari non possunt res subiecte restitutioni in redemptionem delinquentis.

Epitome.

Testator instituit filios heredes & statuit q̄ certe domus starent cōtinuo vsq3 in infinitum pro suis heredibus & eorū filiis. Unus heredum ob delictum bannitus est bonis confiscatis fiscus vult habere partem eius in d. domibus saltem ad ratam banniti respon. Alexan. q̄ non debet habere, sed q̄ statim spectat ad filios banniti quia est res perpetuo prohibita transferri in extraneum heredem. h. d.

Consilium. XXIII.

Opportune cōsideratis his q̄ in themate referuntur. ¶ Prima consideratione dicendū dictam domū pro iure spectantē ad dictū bānitū seu cōdēnatū sub dicta cōfiscatione cōprehendi & apud fiscū residere posse durāte
1 vita banniti. ¶ Quod primo probari videtur. † Nam bona subiecta restitutioni fideicōmissarie de iure alienari nequeūt. l. fi. §. sed q2. & in aut. res que. C. cōia de lega. & tamen si contingat confiscari bona filius qui post mortem de restituēdo per fideicōmissum grauatus erat cōfiscabuntur bona illa restitutioni fideicōmissarie subiecta cum sua tñ causa scilicet qd adueniente conditione fideicōmissi intra tempora mortis illius qui post mortem grauatus erat restituere per fideicōmissum fiat per fiscum restitutio fideicōmissaria: ita in specie decidit Angel. in l. pap. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. pro quo alle. l. ex facto. ff. ad treb. cū ibi no. & l. nam ad ea. ff. de condi. & de. l. viā constitui. §. si fundum. ff. de serui. ru. predi. & intelligit ipse text. in d. §. meminisse. vbi dicit q̄ qñ bona heredis grauati de restituendo cōfiscantur non debet fieri confiscatio cum iniuria illius cui fideicommissum restituendum erat. & idē est de mente Bal. in d. §. meminisse. ergo dato qd sempronius testator in proposito prohibuerit dictā domū alienari: tñ durante vita dicti filii bāniti d3 domus occasione dicte confiscationis residere apud fiscū pro iure q̄ ad ipsum bannitu3 pertinebat. ¶ Scđo pro hoc videt tex. in l. statius florus. §. cornelio felici. & quod ibi not. glo. ff. de iur. fis. & l. cum pater. §. hereditatē. de leg. ij. vbi si heres institutus fuit grauatus restituere hereditatem suam post mortē cornelio felici. bona oīa damnati seu deportati heredis ante mortē sunt cōfiscata trāsibit in fiscū etiā illud qd erat subiectū fideic. & per fideicōmissariū a fisco vendicabitur fideicōmissu3 eueniente tempore mortis naturalis ipsius heredis. ¶ Tertio per hoc videtur tex. in l. si cōstante. §. fi. ff. solu. ma. vbi sol. ma. dos mulieris ob delictū eius cōfiscatur vt ibi. & l. quinq3. cū l. seq. de bonis dāna. & tñ dos alienari non potest etiā sol. mat. vt l. etiā directo. de fun. do. ergo licet ista domus sit prohibita alienari debet posse confiscari. ¶ Quarto per hoc facit, quia si diceremus q̄ ista domus nō confiscatur sequeretur qd domus ipsa deberet remanere apud filios dicti banniti qui subintrant locū dicti banniti. l. si qua pena. & ibi hoc not. Iuli. de cu. Bart. & alij. ff. qui sunt sui vel alie. iur. l. j. §. qui filiu3. ff. de bo. pos. cōtra tab. l. si necē. §. si deportatus. de bo. liber. & per consequēs si dicta domus quo ad proprietatem acquireretur filiis dicti banniti sequeretur q̄ ex ista acquisitione vsufructus reuertetur ad patre3. & sic ad dictum bannitum per l. cum oportet. C. de bonis que liberis. & ista esset noua acquisitio quo ad istum vsumfructum acquirendum bannito ex persona filiorum. & ideo confiscatio non
2 comprehendit istam vltimam acquisitionem † quia confisca-
a tio [a] non comprehendit nisi iura que ante confiscationē erant ipsius damnati. l. si mandauero. §. is cuius. ff. man. glo. Bart. in l. j. ff. de bo. dāna. & Cy. & alij in l. j. C. de bo. prescrip. & Bar. in l. certa forma. C. de iure fisci. lib. x. & Bal. in l. fi. in fi. C. que res pigno. obli. pos. facit quod no. in l. nō ad ea. ff. de condi. & demonst. & in l. ex facto. §. fin. cum ibi no. per Bal. ff. de vulg. & pupilla. sed ita est quod delictum patris debet nocere filio vbicunq3 si nō noceret filio ad patrem reuerteretur commodum: vt not. gl. in l. diui fratres. ff. de iure patrona. per l. queritur. ff. de bonis liber. & not. Bart. in l. j. in fi. ff. de interdi. & relega. ergo in proposito nostro: quia commodum vsusfructus reuerteretur ad patrem banniti. dicendum est quod delictum patris noceat filiis. & sic quod interim excludantur donec pater eorum vixerit ¶ Fortificatur ex his que no. Bal. in l. antiquitas. in fin. C. de vsufruct. vbi queritur quid si legatus est vsusfructus titio & heredibus suis & postea sit capite diminutus: nunquid vsusfructus finiatur quo ad eum & quo ad heredes eius. & finaliter concludit q̄ titius excluditur ab vsufructu: & eo viuente consolidatur proprietati: sed eo mortuo reuertetur ad heredem suum allegat in arg. ea que not. in dicta l. diui. de iure patro. ¶ Sexto per hoc videtur casus in l. peto. §. predium. & in l. vnu3 ex familia. §. quod si talia verba. de lega. ij. vbi testator disposuit fundum remanere debere in familia. & ex aliqua causa necessaria causata facto heredis fundus ille fuerit alienatus in extraneū tunc ille in quē alienatio facta est retinere poterit fundū quādiu fund[9] ille fuisset apō alienantē māsurus si alienatio facta nō fuisset: ergo dato qd ista publicatio bonorū fuerit causata a facto banniti: tamen apud fiscum domus debet remanere quādiu remāsura fuisset apud bannitu3 si cōfiscatio facta non fuisset, bene facit quod notat glo. in aut. ingressi. ad fi. C. de sacrosan. eccl. ¶ Sed premissis nō obstantibus contrariam sententiā de iure probabi-
3 liorem esse puto vc3 † qd nullo mō dicta domus apud fiscum residere debeat occasione dicte confiscationis hoc primo probat in l. imperator. in princi. ff. de fidei. liber. & illū text. ibi ad hoc pōderat Bar. qui ex illo tex. nō. q̄ res prohibita alienari non potest deuenire in fiscū per publicationē bonorū & loquitur ille tex. proprie in prohibitiōe testatoris, de qua etiā nos tractam[9]. ¶ Scđo pbat: q2 iura que nō possunt in extraneū heredē transire nō possunt etiā transire in fiscum qui habetur loco extranei successoris. l. iura libertoru3. que est tex. iij. & ibi not. Bar. ff. de iu. pat. & in l. eor. ff. ad l. iul. l. j. C. de bo. liber. & in d. l. eum qui. ff. de interdic. & relega. sed ita est qd dicta domus non poterat ad extraneos heredes transire extātibus filiis dicti testatoris & filiis filioru3 pro quibus voluit testator a
dictas domos in familia remanere debere cu3 hmōi prohibitio testatore fieri potuerit. d. l. peto. §. sicut. & l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. ergo dicta prohibitio prohibet dictā rem posse fisco queri saltem efficaciter. ¶ Tertio per hoc facit text. in auten. de aliena. & emphy. §. illo. & c. felici. §. si qua vero. de pe-
4 nis. in vj. † vbi emphyteusis ecclesiastica non transit efficaci-
b ter in fiscum [b] confiscatis bonis emphytheute: quia talis emphytheusis non poterit transire ad extraneos heredes: vt in §. emphyteusim. & §. alienationis. & §. si vero perpetuā. in auten. de nō alie. aut per. fm magis cōem opi. quā approbat gl. c
& doc. in l. etiā. so. ma. & Spe. in titu. de locato. §. nunc aliqua. vers. ex ius. Jo. an. in c. presentia. de prob. & Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis liber. & in l. si patroni. in princ. ff. ad treb. & in l. si tibi. x. §. si pactū. ff. de pact. & in l. gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. & in l. qd dicit. de verb. obli. & Bald. in l. cum virum. in fin. C. de fideic. & in l. vsufructu. ff. solu. ma. vbi refert ita consuluisse Bart. & idem Bal. in l. ij. C. de suis & legiti. & in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habeantur.
5 † Idē etiam cōiter cōcludit in emphyteusi cōcessa a priuato qñ est cōcessa ea conditione & lege qd ad extraneū heredē non transeat. nā tunc non confiscatur dato q̄ cōfiscata sunt bona emphyteute: vt concludit Bar. & cōiter alij in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & not. Iulier. & alij in l. si quis presbyter. C. de epis. & cleri. & Bald. in l. j. C. de liber. & posth. & in l. si ita. §. fi. ff. de lib. & posthu. & in l. in insulam. in prin. ff. sol. mat. & Old. in consi. xvij. incip. thema tale est quidā clericus &c. Imo. in c. ex parte. de feud. & Pet. de ancha. in repet. c postulasti. in x. q. de fo. competen. ¶ Idē videmus in feudo quod quidem non transit ad heredes extraneos vt in c. j. §. si clientulus. de alie. feu. c. fi. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. nam si vasallus delinquat & bona publicentur non confiscatur feudū. c. j. si vasallus feu. priue. & in c. si vasallus. in tit. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. & in ca. j. an ille qui interfecit fratrē do. sui. & in ca. imperialis. §. istud quoq3. de prohi. feu. alie. per Fede. & c. felicis. & in ca. in quibus. §. fin. Et ibi no. doc. de pen & per doct. in d. §. de vectigalibus. in d. l. j. C. de bon. que lib. & in d. §. in insulam. ¶ Quarto pro hoc facit doctrina Bart. in l. si quis in tantā. circa mediū. in ver. quero.
6 an dñs teneatur de facto serui &c. C. vnde vi. † vbi concludit qd
c aut res est prohibita alienari fauore [c] persone alienātis: & tūc alienatio que fit delinquēdo nō est prohibita ratio q2 propter suū delictum perdit fauorem seu priuilegium suum per id qd no. gl. in d. l. si quis in tanta3. que tenet q̄ pena illius. l. h3 locū in minore: quiq3 alienatio est prohibita fauore alteri[9] q̄ delinquētis: & tūc per delictū talis res nō pōt alienari. hoc probat ipse per plura maxime per id qd habet in l. quinq3. ll. cu3 duobus seq. ff. de bo. dā. vbi si mulier delinquit cōitāte matri-

¶ Confiscatio. §. consi. xv. in fi. Cur. senior cōsil. lix. col. vij. deci. l. iij. in fin. ff. quod quisq3 iur. & consilio. ccccxlv. col. pen.
¶ In fiscum. vide late. j. lib. iiij. cons. lxxxix.
[redacted]

a ¶ Certis. Adde a
Lu. ꝺ ro. i.l. ꝺ die.
§. qui mulierē. co.
ij. ff. q satis. cogan.
q ꝺiscutit per oēs
casus. Bal. ⁊ doc.
in. l. j. C. ꝺ bo. q̄ li.
Alb. in. ij. par. sta-
tu. q. lx.

b ¶ Bal. idē expres
sius Saly. ibi col.
xij. versi. secundo
qd in prohibitis.

monio dos nō publicat̄ nisi in casibus certis ibi expressis: q꜄
qꝺ mulier nō possit alienare dotē cōstante matrimonio fuit
inductam non solum fauore mulieris: sed etiā viri. Cum ergo
in proposito dicta domus fuerit ꝓhibita alienari non solum
fauore dicti filij bāniti, sed etiam fauore ⁊ cōtemplatione alio
rū descendētiū vt ptꝫ in dicto testō. ergo delinquēdo non po-
tuit aliquo modo alienari. ¶ Quinto moueor per ea que no.
b Bal. [b] in aut. ei qui. in. xvj. col. in ver. quero. nunquid in rebꝰ
7 prohibitis per testa. ⁊c. C. de bo. aut. iudi. pos. † vbi querit nū
quid in rebus prohibitis per testatorem alienari: possit fieri
missio in possessionem. ⁊ respondet ꝙ aut opꝫ ea bona in cor
pore pr̄imoniali retinere, ⁊ non pōt fieri missio. alleg. l. ij. C. de
vsuc. pro empto. que. l. ꝓprie loquitur in rebus prohibitis alie
nari per testatorē: ex causa autem dicta bona subiacebāt resti
tutioni statuti cum quis se alienū facere intendit in rei dñio:
⁊ tūc istud idē fit: aut sunt bona subiecta restitutioni sub alia
cōditione: ⁊ tunc ante conditionis euentum potest fieri in eis
missio. alleg. l. fi. §. si autem. C. cōia de leg. ecce ergo Bal. aper-
te vult ꝙ vbi bona debent cōtinuo remanere in corpore ⁊ pa
trimonio hereditatis: q꜄ indistincte fit facta ꝓhibitio aliena-
tionis prout in casu nostro tunc nō potest fieri missio in pos-
sessionem in talibus bonis: ꝗ̄uis talis missio non sit aliena-
8 tio voluntaria. ¶ † Sexto ꝑ hoc facit q꜄ ſm opi. quā tꝫ bal.
⁊ Saly. in. l. j. C. de bo. lib. si publicantur bona vsufructuarij
nō cōfiscat̄ ius vsufructus etiam naturaliter viuente vsufru-
ctuario. alleg. l. corruptionē. in fi. C. de vsufru. ꝗ̄uis vsufructꝰ
alienari nō pōt. l. si vsufructꝰ. ff. de iur. do. ⁊ instit. de vsufr. §.
itē finitur. ¶ Septimo probatur q꜄ illa que per mortem ali-
cuius transeunt ad filios eius nō ad heredes sed vt ad filios
transibunt ad eosdem etiam si pater non sit naturaliter mor-
tuus. sed ciuiliter tm̄ vt probatur in. l. insulam. in princ. ff. so-
lu. ma. vbi actio de dote que mortuo patre deportato ⁊ sic ci-
uiliter mortuo consolidat̄ in filiam. vt. d. l. in insulā. sed ita est
qꝺ post mortē dicti banniti dicta domus ꝓ rata spectante ad
bānitū predictū ꝓuentura esset ad filios banniti non vt ad he
redes dicti banniti: sed ad eius descendentes. vt ptꝫ ex ꝟbis
dicti testamēti no. ꝑ Bar. in. l. vt iureiu. §. si liberi. circa ꝑnc. ff.
de ope. libe. cū cōcor. ¶ Octauo probat̄ quia bannito dicto
filio debent descendentes sui admitti ac si naturaliter ipse
9 mortuꝰ esset † q꜄ talis bannitus [c] cum publicatione bonorū.
c ⁊ qui forte ex forma statutorum que cōiter sunt per italiā po-
test impune offendi habetur pro mortuo sicut deportatus: vt
not. glo. in. §. relegati. insti. quib. mod. ius pa. pos. sol. ⁊ glo. in
c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. ⁊ not. Spec. ⁊ Joan.
and. in tit. de instru. edic. in. §. cōpendiose. versi. quid de banni
to. ⁊ in tit. de acto. §. j. in ver. Itē qꝺ est bannitus. ⁊ not. Joā.
and. in addi. Spec. in tit. de actore. in. ij. parte. in. §. sequit̄. in
addi. iter que incipit Odof. Spe. in titu. de arbi. §. disert. vers.
quid de bannito. ⁊ refert Joā. de imo. idem tenuisse Guli. de
suza. in. l. pedius. ff. de arbi. ⁊ in. l. actione. §. publicatur. ff. pro
socio. ⁊. l. j. ff. de bo. pos. cōtra tab. ¶ Refert etiā Jo. an. in. d.
10 §. cōpendiose. † perpertuo bannitū non posse heredē institui
sicut nec deportatū nec damnatū in metallū. allega. l. iij. C. de
his que pro nō scrip. habē. ⁊. d. §. publicatio. ita etiā in effectu
tenuit Dy. in. l. si queramus. ff. de test. ⁊ Jac. de bel. in dispu-
tatione sua incip. Sempronius ⁊ titius inimici capitales ⁊c.
⁊ Bar. in. l. seruū quoqꝫ. §. publice. in. iiij. col. ff. de procu. ⁊ in
l. iij. in vl. col. C. si pēdē. appel. mors interue. ⁊ in. d. l. corruptio
nem. in vlt. col. Ang. latius ceteris in sua disputatione inci-
pien. duo adinuicē litigantes ⁊c. ¶ Et hoc verum est quo ad
beneficiū iuris cōmunis si tractatur de bonis ⁊ rebus existēti
bus in territorio illius ciuitatis in qua bannitus est. vt pro-
bat Ray. in. l. j. C. de heredi. insti. ⁊ ibi Pau. de ca. dicit se ita
cōsuluisse pluries florētie cū multis alijs: ⁊ ita etiā dicit vidis-
se cōsultum per Rapha. Fulgo. ⁊ ita limitauit conclusionem
Bartho. in disputatione que incipit Lucane ciuitatis statu-
to ⁊c. ⁊ sequentiū. ita etiā tenet Jo. de imo. in. l. ex facto. ff. ad
treb. ⁊ est de mente Bald. in. l. si qua pena. post Guli. de cu. ⁊
Bart. ibi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ Jo. an. in. d. §. cō-
pendiose. ⁊ istis diebus ita cōsului per plures rationes apud
mutinam ⁊ illi consilio plures solēnes viri se subscripserunt.
¶ Nono manifeste cōprehenditur ex istis verbis testatoris.
vbi dicitur disposuit ꝙ dicte domus stare debeant continuo
vsqꝫ in infinitum pro dictis eius heredibus ⁊ eorum filijs ⁊c.
11 ¶ † Nā illud verbuꝫ cōtinuo denotat qꝺ possessio dicte do-
mus nunq̄ ad aliū perueniat. c. cum venisset. in verbo perpe-
tua possessio. de instit. ⁊ in verbo. l. cōtinuo triēniū. C. de vsuc.
trāsfor. cū si. ⁊ sic euidēter colligit de mēte testatoris fuisse qꝺ
eo ipso alter ex heredibus faceret se alienum. ¶ Ad hoc facit
tex. in. l. cum auus in ratione sui. de cōditi. ⁊ demō. ⁊ in. c. j. de

c ¶ Bannitus. vi-
de. j. cōsi. cxvj. li. ij.

duobus fratribus a capitaneo inuestit. q꜄ alter non possent
verificari illa verba continuo ⁊c. ⁊ sic sumus in terminis que-
stionis formate per Bal. in. d. aut. ei q. in. xj. col. vbi voluit ꝙ
vbi bona subiacebant restitutioni: scꝫ in casu in quo qs se alie
nū facere intenderet ab istis bonis qꝺ tūc in illis nō pōt fieri
immissio in possessionē ꝗ̄uis talis missio nō sit alienatio vo-
luntaria. ¶ Et pro hoc optime facit. l. imperator. in princi. in
narratione sui. ff. de fideicommis. liber. vbi testator disposuit
quod serui sui nulli alij ꝙ̄ titio seruiant cui eos legauerat ac
voluit eos esse in seruitio titij cōtinuo: ita qꝺ alijs nō seruiāt.
⁊ propter hoc in effectu ad fiscū non transeunt cōfiscatis bo-
nis. titij. ⁊ sic non remanent apud fiscum durante naturali vi-
ta ipsius legatarij. ¶ Non obst. allegata in cōtrarium. ⁊ pri-
mum id qꝺ not. Ange. in. d. l. papi. §. meminisse. quia respon-
deo ex his que not. gl. reputata singularis in. l. pater. §. duobꝰ
12 libertis. ff. de leg. iij. que per illum tex. facit † differentiam in-
ter illū casuꝫ qñ bona sunt subiecta simpliciter restitutioni in
euentum certe cōditionis, ⁊ sic tacite sunt prohibite alienari:
vt. d. aut. res que. ⁊ inter casum qñ expresse est prohibita alie-
natio a testatore: q꜄ primo casu alienatio facta ante euentum
conditionis valet interim. l. seruo legato. §. si seruuꝫ. ff. de leg.
j. ⁊ ibi not. doc, ⁊. l. fina. §. ⁊ q꜄. cum seq. C. communia de leg. ⁊
not. glo. in aut. de resti. ⁊ ea que par. in princ. ¶ Secūdo vero
casu qui est casus noster nullo modo tenet alienatio: vt. d. glo.
in. d. §. duobus libertis. ⁊ tūc nō possunt talia trāsire in fiscū.
l. imperator. ⁊ ibi Bar. de fideicom. liber. ¶ Vel secūdo rñdeo
ꝙ in cōtrario illa non erant reseruata filijs ⁊ descendentibus
tm̄: sed erāt etiā transitoria ad heredes extraneos successores
minorum: ideo poterāt cōfiscari: sed in casu nostro ipsa bona
extantibus dictis descendentibus non poterant ad heredes
transire proter prohibitionem testatoris nimirum si ad fiscuꝫ
non transeunt. ita not. in. l. j. in princ. ff. de interdi. ⁊ relega. vt
dixi in secūdo ⁊ tertio argumēto cōtra fiscū aductus. ¶ Ter
tio respōdeo qꝺ illud verbum cōtinuo appositum in testamē-
to operatur qꝺ nullo tempore dicta domus esse possit apud
aliam vt in vlti. argu. fuit ostensum ⁊ eisdem modis respon-
deo formaliter ad secūdum argumentū. ¶ Ad tertium autē
veꝫ ad. d. l. si cōstante. §. j. sol. ma. respondeo primo qꝺ dos so.
matri. est prohibita alienari principaliter fauore mulieris nō
mirū ergo si ex delicto mulieris potest alienari, secus vbi esset
prohibita alienari. ⁊ sic fauore alterius: vt in casu nostro: q꜄
delinquēdo nō posset alienari: vt probat̄ per doctrinā. Bart.
in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. vt deduxi in. iiij. argumen. ꝺ.
¶ Preterea dos potest alienari a testatore. Item res dotalis
transire poterat semper in extraneū heredem nimirum si po-
test cōfiscari. secus in re que nō poterat transire ad extraneuꝫ
vt proxime dixi. ¶ Non obstat quartum argumētum de his
que no. in. d. l. diui fratres. ff. de iure patrona. quia respondeo
quod ad bannitū isto casu non potest reuerti cōmodū vsufru
13 ctus dicte domus nec reuolueretur ad filios banniti † quoniā
bannitus cuius bona cōfiscata sunt nō est capax ipsius vsus-
fructus vt decidit Mart. felin. ⁊ Bart. in. l. corruptionem. de
vsufruc. per illum tex. faciūt que dixi supra in. vij. argumento.
¶ Non obstat quintum argumentū de eo qꝺ not. Bal. in. l.
cum antiquitas. C. de vsufru. q꜄ respondeo ꝙ in questione ibi
formata per Bald. vsusfructus nō transit ad fiscū sed reuertit̄
ad proprietariū durante vita vsufructuarij qui fuerat capite
minutus. ⁊ ideo vsusfructus ibi nō transit ad heredē vsufru-
ctuarium viuente vsufructuario: quia impossibile erat viuen-
tem habere heredem. l. j. ff. de heredi. vel act. vēdi. l. qui super-
stitis. ff. de acqui. hered. sed in casu nostro nō oportet expecta
re mortem bāniti: quia illa domus nō transit ad eius filios vt
heredes eius vt dixi. vij. argumēto. ¶ Et similiter respondeo
ad. vj. argu. videlicet qꝺ in. c. fin. de capi. cōra. nō erat alia per
sona ad quā transiret possessio ⁊ feudū a prelato qui copulaꝫ
commisit, ideo oportet expectare aduētum successoris: sed hic
extant filij eius banniti q ex dispositione testatoris sunt voca
ti eo ipso qꝺ pater eorum ad alienandum mediante delicto ⁊
cōfiscatione cogebatur. Postremo non obst. l. peto. §. prediū.
⁊. l. vnum ex familia. versi. qꝺ si talia verba. ff. de lega. ij. q꜄ re-
spōdeo primo ꝙ ibi loquit̄ in alienatiōe expresse facta ab ho
mine: sed in alienatione que fit a lege ob delictum alicuius di
cendū est qꝺ similis alienatio est prohibita etiam fauore alte-
rius quam delinquētis prout est in casu nostro quia talis alie
natio fieri non potest: vt not. Bart. in. d. l. si quis intantum. ⁊
dixi. in. iiij. argumento. Et pro hoc optime facit. l. imperator.
in prin. de fideic. liber. vbi etiam viuēte legatario cuius bona
confiscata sunt nō remanēt apud fiscum serui prohibiti alie-
nari. ⁊ pro hoc facit q꜄ mitius agitur cū lege. j. cum alienatio-
ne quam cum homine seu quam cum ministro legis. l. celsus.
in prin.

in prin. ff. de arbi. not. Bart. in. l. amplius. cum si. ff. rem ra. ha. ¶ Preterea tex. in. d. §. predium. cum sim. loquitur in aliena
14 tione necessaria secus in voluntaria. vt ibi dicitur † vnde alienatio que fit propter delictũ non est digna habere illos fauores & priuilegia que hz alia alienatio necessaria facta absque delicto: arg. l. sed si ex parte. §. quanq̃. ff. qd cum eo. & l. etiã. §. j. solut. mat. vnde videmus q̃ licet bona subiecta restitutioni possint alienari per heredem vt se in captiuitate detentuz redimat tamẽ hoc nõ posset facere si esset carceratus ex delicto
a suo. vt not. Ange. & Moder. in autẽ. res que[a]. C. ad treb. licet Barto. hoc reliquerit indecisum. in aut. res que. in fin. C. cõia de lega. & presertim procedũt ista in casu nostro propter illud verbum continuo. ex quo declaratur ita fuisse de mente testatoris. & pro hoc eodem modo est responsum ad gloss. & ad ibi no. in autẽ. ingressi. C. de sacrosanctis eccles. ¶ Preterea illa glos. dum loquitur de emphyteusi cõmuniter reprehenditur per docto. per tex. in auten. de alie. & emphy. §. j. dum autẽ loquitur de vsufruc. non habet etiam obstãte quia magis communiter per docto. tenetur in cap. presentia. de proba. & Cyn. & Joã. de imo. in. l. cum filio. ff. de leg. j. & quãuis vsusfructus in totum extinguatur vel quod duret tunc durabit ius vsufructus in monacho ad commodum monasterij: vt ibi probatur sed in casu nostro nullum ius durat in bannito post confiscationem bonorum. d. l. imperator. de fideicommis. liber. & d. l. actione. §. publicatus. ff. pro socio. Ex quibus concludo fiscum a dictis domibus exclusum esse &c. Alex.

Summarium.

1 Alleganti incumbit onus probandi q̃ filius vel filia acquisiuit ex bonis patris.
2 Mulierem ex bonis viri quesisse non semper presumitur.
3 Dos matris an competet nepti in legitimam in successione aui.
4 Dos acquiritur filiefa. quando pater stipulatur ei reddi.
5 Societas ex cohabitatione nõ presumitur, nisi quo ad redditus, & impensam victus.

Consilium. XXIIII.



Jsis dubijs probabiliter elicitis per clarissimum dominum iudicantem in causa domine Catharine quod de iure sanctio dicã. ¶ Et in primis super primo dubio quo queritur an dos quondam domine Atonine matris Catharine debeat computari in legitimam petitam per Catherinam in bonis ser. Jo. quondam aui materni ipsius Catharine. & iste est notabilis articulus qui mihi de facto sepenumero accidit & circa ipsum consului, & semper mihi visum fuit: & nunc videtur istam esse meram veritatem quam infra subijciam non attinguam tamen vltra quã pertinet ad casuz nostrum in quo. ¶ Dicẽdum mihi primo videtur quod quo ad dimidiã dicte dotis nos non sumus in casu in quo est cõsultum inter doctores animaduerto enim qd magister Ant. quondam maritus dicte Antonine cõfessus fuit habuisse & recepisse a ser Joãne & dicta domina Antonia libras septuaginta prõ dote eiusdem domine Antonine per que verba probatur q̃ habut a dicto ser Joan. dimidiam dicte quantitatis & a dicta domina Antonina aliam dimidiã. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l. si mihi & titio. de verbo. obligati.
1 si parente.ff.de lib.⁊ posth.⁊ in.l.fi.ff.ad treb. ¶ † Scdo probatur dicta verba cōditionalia apposita in dicta substitutione reciproca vcꝫ si aliquis eorū decesserit sine liberis interp̄tātur de naturalibꝰ tm̄ qñ apparet ꝙ in aliqua alia parte testamenti facta esset mentio de naturalibus tantum sm Bar. in d.§.si quis rogatꝰ.⁊ Frācīscū̄ n tigrini in.l.gñaliter.§.cū aūt.C.de inst.⁊ substi.sub cōdi.fac.argu.l.qui filiabus.in princ.ff.de leg.j.l.cū pater.§ eam imperfecta.ff.de leg.ij.eadeꝫ ratione debet interpretari de legitimis ⁊ naturalibꝰ qñ de talibus scꝫ legitimis ⁊ naturalibus est facta mētio in reliquis partibꝰ testamēti,prout est in proposito nr̄o ī quo testōr nullā mētionē fecit aut prouisionē de filijs naturalibꝰ tm̄. ¶ Tertio ꝓbatur qr qñ testator erat in dignitate cōstī.tūc nō videt̃ in dicta ꝯditione substitutiōis reciproce facta per verba p̄dicta intellexisse de filijs naturalibꝰ tantū,vt est casus i.d.§.si quis rogatus.⁊ idē dixit ibi Bar.si testator nō erat in dignitate cōstitutus

tamen erat homo honeste vite vel venerabilis obseruationis
ita ꝙ ei esset verecūdū si sua cognatione siue sua domꝰ deue-
niret ad bastardos.arg.l.j.§.gñaliter.ff.de vē.in pos.mit.⁊.l.j.
ff.de vē.īspi.ver.publice.ff.de vē.inspi.⁊ in.d.§.si qs rogatꝰ.
2 in ꝟbo cōditionē ⁊c. ¶ †Sed ita est ꝙ dictꝰ testator erat do
ctor artiū ⁊ medicine,⁊ cōsequēter in dignitate cōstitutus.c.
quāto.de magi.⁊ no.doc.in prima cōstitutione codicis.et in
l.ex eo.ff.de test.mili.⁊ in princ.dig.⁊ in.l.j.in prin.ꝑ Bal.ff.
de iust.⁊ iure.no.Bart.in.l.fi.C.de iude.⁊ in.l.gñaliter.§.fi.ff.
de decur.⁊ in.l.oēs.C.de decu.li.x.⁊ ibi ꝓprie loquit̃ Bar.de
doctore in medicina vbi dicit eū habere dignitatē:⁊ idē est in
doctoribꝰ artium,vt no.gl.in.l.lege iulia.la.j.in ꝟbo orato-
res.ff.ad.l.iul.de vi pu.Erat insup p̄fatꝰ cōsiliariꝰ principis
⁊ quā bene estimatꝰ ⁊ reputatꝰ.⁊ sic etiā ista rōne poterat dici
in dignitate cōstitutꝰ cū pars corporis pricipis esse censeat̃.l.
quisquis.C.ad.l.iul.maie.vbi dū tex.dicit virorū illustriū qui
cōsilijs ⁊ cōsistorio nostro intersunt:senatorū etiā.nā ipsi ps
corporis nostri sunt ⁊ cetera.⁊ ēt sola rōne dignitatis docto-
ratꝰ doctor dr̃ nobilis.l.ij.§.fi.ff.de excu.tu.not.Bar.in.l.iu-
dices.C.de dig.lib.xij.⁊ Cy.in.l.prouidēdū.per illū text.C.de
posth.⁊ dicit ibi Cyn.ꝙ doctor dr̃ magis nobilis q̄ ille q est
3 nobilis gñe.vt ibi ꝑ eū. ¶ †Quarto confirmat̃ per id qđ vo-
luit Sal.in.d.l.gñaliter.§.cū autē.vbi dixit ꝙ etiā quādo est
de qualitate ⁊ cōditione testatoris,⁊ an senserit de legitimis
⁊ naturalibus:an vero de naturalibus tm̃ dictū est qđ si sub-
stitutus erat filius legitimus ⁊ naturalis testatoris vt in casu
nostro:tūc naturalis tm̃ non excludit substitutū venientē per
fideicōmis.vt in proposito nostro:qꝛ per substitutionē fideicō
missariā tractat̃ de succedēdo testatori non autem ei cui fa-
cta est substitutio.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vul.⁊ pu.⁊.l.p̄-
cibus.in fi.C.de impu.⁊ alijs substi.vn̄ extātibus legitimis ⁊
naturalibꝰ ꝓut est dictꝰ Lucius nō debēt admitti naturales
tantū in bonis ⁊ hereditate dicti testatoris per id qđ habet̃
in aut.licet.C.de natu.libe.⁊ ita dicit cōsuluisse dn̄m suū Ri-
chardū de Saly.hāc vltimam rationem tamē non pono pro
constanti magis adhereo precedētibus quas puto tutiores.
4 ¶ †Quinto qꝛ etiā dato ꝙ alias legitimatus excluderet illū
qui fuisset substitutus ꝑ hec verba si institutus decesserit sine
filijs legitimis ⁊ naturalibꝰ tn̄ fallit qn̄ essemꝰ in casu in quo
propter dignitatem seu conditionē persone testatoris filius
naturalis tantū absq̧ legitimatione nō fecisset deficere cōdi
tionem fideicōmissi relicti sub hac conditione vcʒ si institu-
tus decesserit sine liberis iuxta.d.§.si qs rogatus.qꝛ tunc etiā
si talis naturalis sit legitimatus non excludit substitutū quē
testo̅r substituit in casu in quo institutas decederet sine filijs
legitimis ⁊ naturalibus per eandē rōnem.⁊ arg.d.§.si qs ro
gatus.ita per expressum firmat Ang.in sua disputatione in
c.nobilis qdā genere.per hec etiā adducit id qđ habet̃ in.c.
5 naturalis.in ti.si de feu.fue.contro.inter do.⁊ agna.† vbi legi
timati nō succedunt in feudo:qꝛ nō est verosimile nobilē con
cedentē feudum de tali prole sensisse.pro hoc adducit qđ em-
phyteusis ecclesie ad tales naturales nō transit ꝓpter nobili
tatem ecclesie cōcedētis que taliter natos abhorret cum habe
ri non possint sine peccato mortali.allegat no.per Bar.in.d.
§.si quis rogatus.⁊ clarius voluit Bald.in.d.l.gñaliter.§.cū
autē.⁊ Bal.in addi.Spe.in ti.de loca.in.x.col.in ver.emphy
teusis ecclesie ⁊c.⁊ Jo.de Imo.in.l.qđ dicitur.in antepe.col.
ff.de ver.ob.quibus locis volunt dicti docto.ꝙ sicut feudum
non videtur cōcessum pro naturalibus etiam legitimatis ita
nec emphyteusis ecclesiastica qꝛ sunt infames.allegat no.per
Azo.in summa.C.ex quib.cau.infamia irro. ¶ Bene faciūt
no.ꝑ Spe.in ti.de loc.§.nūc aliqua.ver.lxvij.⁊ ꝑ Bart.in suo
consi.inci.Neratius.⁊ per Jo.an.⁊ alios in.d.c.in p̄sentia.et
per Dyn.⁊ Bal.in.l.lucius.§.fi.ff.de lega.ij.⁊ Bal.⁊ Ange.
in.l.filiū diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Bal.in
l.parentes.in fi.ff.de in ius vocan.⁊ Moder.in.c.statutū.el.
ij.de here.in.vj. ¶ Et cū dicta decisione Ang.in disputatiōe
preallegata,concordat etiam Ant.de but.in.c.per venerabi-
lem.qui filij sint legi.circa antepe.chartam licet perfecte nō re
ferat Ang.⁊ sic stante dicta qualitate persone testatoris non
intelligit̃ eū sensisse de talibus naturalibus etiā legitimatis.
¶ Fortiꝰ tenuerunt quamplurimi magne autoritatis viri
quod etiam in quolibet testatore etiam qui non esset nobilis
in dignitate naturalis legitimatus non faciat deficere dictā
conditionem fideicōmissi,ad quam perimendam requirebā-
tur filij legitimi ⁊ naturales,vt tenuit Bal.in.l.lucius.la vlt.
ff.de here.institu.⁊ in.l.si ita quis.§.si cuius.ff.de leg.ij.⁊ in.l.
si quis posthumos.in prin.ff.de lib.⁊ posth.Et cōsuluit Jo.
cald.in cōsi.j.sub tit.q filij sint legi.est de mēte Bald.etiā in.l.
j.C.de dona.cau.mortis.⁊ clare etiam vult Saly.in.d.§.cum

a ¶ Vera.§.cōsil.ij.

autem.⁊ Pe.de anch.in consi.cccvj.incipien.In Christi no-
mine circa primum dubium ⁊c.⁊ Joan.de Imo.in.d.§.si qs
rogatus.in fi.l.ex facto.in prin.ff.de vulg.⁊ pup.per.l.fi.C.de
his q veniā eta.impe. ¶ Et qꝛ verba debēt intelligi in dubio
de legitimitate naturali ꝑ.l.statius.§.cornelio.ff.de iu.fis.et.l.
ex ea.§.insulā.ff.de ver.ob.⁊.l.fideicōmissum.ff.de cōdi.⁊ de-
mon.⁊.l.filiū diffinimꝰ.ff.de his q sunt sui. ¶ Et qꝛ nō est ve
rosimile superiorē voluisse derogare iuri tertij.⁊ sic substituti.
c.super eo.de offi.deleg.l.ij.§.si quis a principe.ff.ne qd in lo-
co.pub.ad qđ bn̄ faciūt no.ꝑ Joā.an.in regula sine culpa.in
ij.q.prin.de reg.iu.in.vj.in mercu.⁊ per alia plura de quibꝰ ꝑ
eos in dictis locis. ¶ Et quāuis nō dicā qđ in alijs terminis
a q̄ in nostris illa sit vera [a] vel non vera opin.ꝙ legitimatꝰ re-
gulariter excludat substitutū:tn̄ in terminis nostris bene hoc
affirmo in testatore qui erat in dignitate ⁊ cōditione predicta
cōstitutus per no.ꝑ Ang.in dicta disputatiōe cum alijs su-
pra allegatis. ¶ Item sexto cōfirmo:qꝛ dicta legitimatio nō
fuit facta a papa vel imperatore sed a comite asserente se ha-
bere autoritatē a papa ⁊ imperatore ex priuilegio cōcesso pa
tri suo ⁊ filijs vnde succedit illud qđ dicit Ant.de bu.in.d.c.
per venerabilem.in.xxj.col.in ver.vnum tamen puto ⁊c.vbi
6 dicit se putare ꝙ † habens potestatē a papa vel impatore nō
possit legitimare ad preiudiciū alterius etiā respectu spei qꝛ
tales cōcessiones intelligunt̃ sine alteriꝰ preiudicio.c.pastora-
lis.de priui.⁊.d.c.super eo.⁊.l.ex facto.in princ.de vul.⁊ pup.
¶ Et ideo dicit Bal.in.l.cum filius.ff.de testa.mili.ꝙ comi
tes sacri palatij qui habent potestatem legitimandi legitima
re nō possunt in preiudiciū legitimorū:qꝛ ius alienū minuere
non possunt nisi tenor priuilegij expresse dictaret ɔ̃triū.ar.l.
impuberi.ff.de admi.tut.cum si. ¶ Et propterea dicit Bal.
in aut.preterea.C.de natu.lib.per illum tex.qđ comes nō po-
terit legitimare bastardos extantibus legitimis:qꝛ preiudi-
caretur legitimis in successione nisi cōsentiant legitimi.facit
qđ no.Bar.in aut.itē si qs.eo.ti.⁊ Bal.in.d.c.dn̄o guerram.
in princi.in pe.col.in tit.hic finitur lex conra.deinde inci.con
sue.reg.⁊ Mode.maxime Pau.de cast.in.l.gallus.§.⁊ quid
si tantum.in fi.de lib.⁊ posth.⁊ in suo consil.xxj.inci.in Chri
sti nomine super eo quod primo loco ⁊c. ¶ Per que apparet
qđ dictꝰ comes nō p̄iudicauit dicto Lucio substituto in iure
fideicommissi ⁊ respectu spei substitutionis p̄dicte que qui-
dem spes fideicōmissi mortuo dicto testatore erat in cōsidera
tione ⁊ estimabilis ⁊ licita.vt probat Bar.in.l.is pōt.in.ij.vel
iij.col.ff.de acqui.here.vnde videmus quod talis fideicōmis-
sarius substitutus licite petit mortuo testatore sibi caueri pē-
dente conditione fideicōmissi per heredem cui facta est sub-
stitutio de cōseruādis bonis fideicōmissi ⁊ resti.in euentū cō-
ditionis fideicōmissi.vt per totum titulū.ff.de lega.vel fidei-
com.no.ca.⁊.C.vt in pos.leg.fere per totū.⁊.l.inter oēs.ff.qui
satisda.cogā.⁊ ibi no. ¶ Septimo confirmo per id quod no-
tabiliter decidit Joā.de imo.⁊ Domi.de sancto Gemi.in.c.
7 in grādi.in pri.de supplē.negli.p̄la.in.vj.vbi fortiꝰ dicūt † ꝙ
papa nō possit legitimare filiū regis Aragonū ad preiudiciū
fratris ipsius regis:qui frater regis erat secundogenitus ⁊ ad
quam regnum de consuetudine deferebatur decedente primo
genito etiā si talis legitimatio fieret viuente rege ⁊ de volūta
te regis qꝛ nō dʒ posse auferri sibi secūdogenito hic futurum
ius sine cā.iuxta no.in.c.que in ecclesiarū.de cōsti.⁊ in.l.fi.C.
si cōtra ius.⁊ in.l.rescripta.C.de preci.impera.offer. ¶ Et di
cūt nō obstare id qđ no.Bar.in.d.l.gallus.§.⁊ qd si tm̄.quia
illud ꝭm eos ꝓcedit in patrimonialibus q̄ possunt patrē au-
ferri cōsanguineo.ideo ad tale p̄iudiciū cōsanguinei pōt pa-
ter sine cōsensu cōsanguinei facere legitimare filiū suū.secꝰ est
in his que nō sunt in libera potestate ipsius qui facit legiti-
mare filium naturalem vt in ꝓposito qꝛ bona subiecta resti-
tutioni fideicōmissi nō erāt in libera potestate disponē.ipsius
titij.l.fi.§.sed qꝛ.⁊ in aut.res que.C.cōmunia de leg. ¶ Et di
cunt etiā ꝙ papa legitimando aliquem in dubio intelligitur
legitimare sine preiudicio alteriꝰ.c.q̄uis.de rescrip.in.vj.⁊ ꝑ
hanc decisionem ⁊ rationem clare apparet qđ dicta legitima
tio ad preiudiciū dicti Lucij nō subsistente alia iusta cā fieri
non potuit nec trahit̃ ad ius dicti fideicōmissi auferēdū sub-
8 stituto de quo mētio facta non est. ¶ †Et lʒ alias in pn̄cipe
presumat̃ iusta cā.vt no.Jaco.de are.⁊ Cy.in.d.l.rescripta.in
iij.⁊.iiij.q.⁊ Ja.de bu.in.l.fi.C.si cōtra ius.Et Ant.de but.⁊
Joā.de Imo.in.d.c.que in ecclesiarū.⁊ in.c.cum te.de re ind.
⁊ Ant.de bu.in.c.constitutus.de religio.domi.⁊ do.Abb.in
c.cū olim.de re iudic. ¶ Tn̄ secus est in inferiori in principe.
vt inquit Bal.in.l.si testamentū.C.de testa.nā in eo requiri-
tur qđ cause cognitio p̄cedat qn̄ dispensat.vt no.Inno.in.c.
veniēs.de filijs presby.⁊ Spec.in ti.de leg.§.qualiter.ver.di-
cunt

cunt autez quidā.⁊ Jo.an.in.c.ij.de schisma.⁊ in inferiore re quiritur quod sit cā probabilis lз non ita in principe vt not. Bal.in.d.l.rescripta.in ver.iij.q̃runt doc.⁊c.⁊ de natura legi timatio nis est ꝙ interueniat cā vt no.Anto.de but.in.d.c.ꝑ venerabilem.in.iij.col.⁊ Pe.de anch.in consi.ccxxix.quia hз vim dispensationis q̃ nō dз fieri sine cā.j.q.vij.§.nisi.⁊.c.tali.

9 ¶ †Octauo cōprobatur qꝛ si dictꝰ titius volebat legitima ri facere dictos filios suos quo ad derogādū ⁊ ꝑimēdū fidei cōmissum sibi iniunctū in bonis ⁊ heredi.dicti testōris opor tebat̃ saltē facere citare dictū Luciū de cuius preiudicio age bat̃ al's non poterat dicta legitimatio valere ad ꝑiudiciū di cti Lucij non citati.l.nā ita diuus.ff.de adop.¶ Attēto qȝ erat iā dicto titio acq̃situ ius in spe licita ⁊ ap robata vt priꝰ dixi.⁊ ita colligit̃ ex no.per Bar.⁊ alios in.d.§.⁊ quid si tm̃.⁊ ꝑ Cano.in.d.c.ꝑ venerabilē.⁊ est de mēte Bal.in.l.fi.C.quibꝰ res iudi.nō nocet.⁊ in.d.l.j.in vlti.col.C.de inoffi.dona.⁊ in prin.c.circa pen.col.⁊ Jo.de imo.in.c.nisi cū pridē.§.perso ne.de renun.⁊ Pet.de an.in consi.ccix.incip.in Christi noīe ex tenore priuilegij.¶ Accedit id qȝ no.Anto.de but.in.c. per venerabilem.dū tractat quorū citatio requirat̃.vbi dicit ꝙ si in legitimatione legitimās non facit mētionē de iure al teri quesito dato ꝙ legitimatio valeret illo nō citato valebit ad preiudicium illius.¶ Et in istis terminis semper cōsulen do secutus istā partē q̃ approbo vt verissimā lз in alijs termi nis ⁊ multis alijs in ꝯtrium cōcurrētibus in legitimatione fa cta a papa de plenitudine ptātis derogando spāliter ⁊ expsse fideicōmisso al'sᵃ ꝯsuluerim excludi substitutū fideicōmis

a sarium.⁊ ita fuerit iudicatū ⁊ recte in casu illo.¶ Ex qbꝰ in trepide concludo dictos legitimatos nō excludere.d.Luciuз a iure succedendi ex substitutione fideicōmissaria in bonis ⁊ heredi.dicti testatoris a quo fuit institutꝰ.d.Lucius.¶ Et ex superius dictis apparet clara responsio ad allegata ī ꝯtriū. nā nō ob.dū dicit ꝙ filius naturalis ēt nō legitimatꝰ exclu dit substitutū:qꝛ rñ.ꝙ imo nō excludit qꝛ verba si decesserit si ne liberis ⁊ descendentibus adiecta in dicta substōne recipro ca intelligunt̃ de liberis legitimis ⁊ naturalibꝰ vt ptз per se quētia verba testamenti.⁊ ēt hoc mō intelligit̃ qñ testōr erat in dignitate cōstitutꝰ vt probaui in primo scdo ⁊ tertio ar.se cūde partis.¶ Et ēt nō ob.ꝙ fuerint legitimati ꝙ nihil a le gitimis ⁊ naturalibus differre debeāt ⁊ ꝑ ꝯñs debeāt exclu dere substitutū vt pleriq₃ tenuerūt:qꝛ respon.ꝙ nō procedit in testatore existente in ea dignitate seu condōne in qua erat dictus testōr nec ꝓcedit in legitimatione facta ab īferiore vt a comite:⁊ saltē nō cōsentiente nec citato substituto ⁊ nō fa cta mentione de iure dicti fideicommissi vt hic probaui in.v. vj.vij.⁊.viij.argumentis secunde partis. Alex.padue.

Summarium.

1 ☞ Statutum tribuens executionem instituentis intelligi tur de puris.
2 Exceptio procedens ex eodem fonte non censetur sublata.
3 Debitum non annuum non potest deduci ante tempus.
4 Tabelliones creare ad quem spectat.
5 Juramentum non supplet solennitatem probatoriam.

Consilium.XCV.



N causa ⁊ lite inter spe tabilem.d.Frā.de granellis agētē ⁊ Jacobuз et Petrum de macholarijs ⁊ Conollū de dolsoni bus reos conuentos.¶ Uiso ꝓcessu ⁊ his q̃ multū elegāter ⁊ copiose allegata sunt per eximiū dñm aduocatum reorum attingā ea que videbunt̃ mihi de iure veriora ⁊ sufficere ad vi ctorio reorū.¶ Et in primis moueor qꝛ negari nō pōt quod dictum instrm̄ confessionis debiti celebratū die.xiiij.mensis decēbris anni proxime preteriti est collatū in diē vcз ī diē fe sti sancti Michaelis proxime futuram vt ex inspectione in strumenti ⁊ productionis cōtinetur ⁊ attēto qȝ ab initio fuit appositum dictā petitionē admittēdā nō esse ⁊ sic fuit oppo sita exceptio ad impediendū ꝓcessuз requirit̃ ꝙ iudex dз ꝓ nūciare nō esse ꝓcedēdū ad vlteriora sup dicta petitiōe acto ris agētis ⁊ petentis añ diē ⁊ absoluere reos eo qꝛ actor ma le agit petendo añ diē.l.j.in fi.ff.qñ dies vsuff.leg.ce.l.itē qꝛ. ff.de pac.l.cedere diē.ff.de ver.sig.insti.de exc.§.temporales. l.exceptionē.⁊ ibi declarat Bar.⁊ alij post eum.C.de proba. ⁊ no.Jnn.i.c.pastoralis.de exce.⁊ in.c.j.de plus peti.⁊ Bart.

⁊ alij post eū in.l.eū q ita.§.q ita.el.ij.ad fi.de ver.obli.⁊.in.l.le

1 cta.ff.si cer.pe.¶ †Et lз statutū tribuat executionē instrumē tis publicis qualē de iure habēt sentētie diffinitiue tñ ꝑ hoc nō dз tribuere executionē instrumētis in diē si agat̃ seu pe tatur añ diē qꝛ proculdubio cōstat ꝙ si lata esset snīa condem natoria ad diem ⁊ executio peteret̃ ante diē nō procederet pe titio si opponeretur exceptio imo impediretur ꝓcessus ⁊ exe cutio,qꝛ al's consequeretur qs plus debito.§.plus aūt.instit. de actio.iuncto.d.§.tpalis.¶ Pro hoc etiam in specie in.l. iiij.§.si quis cōdēnatꝰ.ff.de re iudic.¶ Per hoc ptз hmōi ex ceptionē nō intelligi reiectā a statuto ꝙ etiā satis patet vltra predicta ex statuto permittente opponi exceptionē pacti de non petēdo.⁊ cōstat ꝙ ille q ex ꝯctu est obligatꝰ soluere cre ditori non pure sed ad diē dicit̃ interim ante diē debere exce ptionē pacti ꝙ ante diem non petatur.Sic ⁊ ille q cōuenit se teneri vsq₃ ad certū tps si post tps conueniat̃ hз executionē pacti de nō petendo.l.eū qui ita.§.qui ita.el.j.ff.de ver.oblig.

2 l.obligationū fere.§.placet.ff.de act.⁊ ob.⁊.d.l.qꝛ.¶ †Pro hoc etiam facit qꝛ qñ exceptio vel defensio procedit ex eodē

b fonteᵇ ex quo ꝓcedit petitio nūq̃ hmōi exceptio videt̃ reie cta a statuto denegante exceptionē vt per Bal.no.in aut.ꝑ sente.C.de fideiu.⁊ in.l.ex ꝑdijs.C.de euic.⁊ in.l.perēptorias. in ver.q̃ro condēnatis.C.sentē.rescin.non pos.cū si.¶ Et nū quā intelligitur reiecta exceptio q̃ ex ipsa petitione resultat l.veteres.in fi.ff.de iti.actuq₃ priu.qꝛ actor seipsuз excludit. Ro.in.l.si vero.§.de viro.in.xxxij.fallētia.ff.sol.ma.facit.l.si procu.§.sed si alius.ff.qñ app.sit.¶ Posset hoc idē alijs plu ribus medijs cōprobari.Sз nō puto expedire ꝓpter eius eui dentiam.¶ Tñ circa hoc videt̃ ꝙ vnum posset fortasse dñm iudicātē prima facie reddere dubitantē qꝛ actor nō petijt exe cutionē fieri añ tps,lз qꝛ ad aures suas ꝑuenisse asserit ꝙ di cti rei vociferando dicunt ꝙ ipsi non tenent̃ nec obligati sunt soluere dictas denariorum quātitates in terminis predictis: imo petit declarari dictū instrm̄ meruisse ⁊ mereri executio nē ꝯ ꝑdictas in terminis de quibus.s̃.⁊ sic vr̃ ꝙ nō petat exe

3 cutionē fieri añ tps lз cōferat̃ in tps in instrō cōtētū.¶ †Sз rñ.⁊ dico hoc nō obstare:qꝛ ius de futuro saltē reo opponēte

c nō pōt in iudicium deduciᶜ etiā qñ nata est actio nisi qñ eēt de bitum annuum qꝛ tunc ne cogat̃ actor singulis annis de iu re suo experiri:pōt actor in iudiciū deducere ius de futuro et petere ꝙ reus condemnet̃ ad dandū singulis annis id qȝ an nuatim soluere promisit ꝑ.l.male agitur.C.de prescr.xxx.an. l.j.cuз ibi no.per doc.C.de fideicō.no.gl.⁊ do.in.l.nō quēad modū.ff.de iud.⁊ Bar.in.l.ij.ad fi.C.de fideicō.⁊ per Bart.et alios in.l.de pupillo.§.si in pluribus.ff.de ope.no.nū.⁊ in.l. vbi aūt.§.qui sortē.ff.de ver.ob.⁊ in.l.libertis qs.§.j.⁊ in.l.pe cunie.ff.de ali.⁊ ci.le.⁊ in.l.j.C.de sen.que sine cer.quanti.⁊ per Ang.in.l.cū notissimi.C.de prescri.xxx.an.⁊ tñ ex promissio ne annua est nata obligatio a principio ⁊ actio.l.si cū.§.stipu latꝰ.ff.de ver.ob.l.senatus.§.fi.ff.de do.cā mortis.¶ Preter ea moueor ꝑ ea q̃ notabilr̃ tradunt̃ ꝑ Bar.in.l.si finita.§.cū eleganter.ff.de dam.infec.circa vlt.col.vbi querit an qs pos sit petere ꝓnuntiari sibi actionē competere,⁊ cōcludit ꝙ si qs hз actionē ⁊ certus est actionē sibi cōpetere ⁊ tunc pōt iure di cte actionis petere pronunciari sibi actionē cōpetere,⁊ istud est idē ꝙ petere reū cōdēnari.l.q̃q̃.C.de sentē.q̃ sine cer.quā ti.⁊ ex tali snīa fit executio ad id qȝ debet̃.l.si pretor.in prin. ff.de iud.Si vero est incertus actor incertitudine tali cuius declaratio cōmissa est declaranda arbitrio boni viri.vt qꝛ lex dicat aliq̃d esse faciēdū arbitrio boni viri tūc ꝑ illū cui est tale q̃d implendū arbitrio boni viri pōt implorari officium iudi cis vt declaret̃ sibi actionē cōpetere.l.thais.§.sororē.ff.de fi deicō.lib.⁊.l.labeo.ff.de statu lib.Si vero incertitudo pēde ret a facto aduersarij tūc pōt agere ꝓducēdo petitionē suā ēt incertā.l.j.§.quid aūt.ff.quorū leg.l.si indebitū.ff.rē ra.ha.l. iulianꝰ.§.si qs colludēte.ff.de act.emp.¶ Mō ī ꝓposito nō erat incertus actor an sibi cōpeteret actio ex incertitudine causata a facto aduersarij:qꝛ facultas agendi q̃ cōpetere pos set actori in ꝓposito nostro causabat̃ a facto ipsiꝰ agētis et a ꝯctu ꝑ ipsum celebrato ita qȝ non poterat ꝑtēdere probabi liter ignorātiā.l.q̃q̃.ff.ad velleia.c.ab excōicato.de rescr.nec etiā erat incertus actor incertitudine tali cuius declaratio cō missa esset arbitrio boni viri.vnde sumus in primo casu posi to per Bar.in.d.§.eleganter.in quo ipse vult ꝙ ista sint pa ria peto pronunciari mihi actionē cōpetere ꝯ ⁊ dicere,peto te cōdēnari mihi ⁊ vtroq₃ casu oportet hoc fieri iure actionis competentis.¶ Sз ita est qs nō potest petere ante diem cō demnari reū ad soluendū saltē si opponat̃ exceptio impedi tiua iudicij qꝛ non dз ante diem vexari ⁊ inquietari:vt.d.§.tē poralis.cū alijs supra allegatis,ergo nec ante diē debet quis

[redacted]

a ¶ Al's.s̃.consi.ij.
b ¶ Fonte.Ro.cōsi.xlij.visis Alex.j.eo.consi.cxix.nume.ij.
c ¶ Deduci.Cōtrariū quotidie practicat̃ ī ꝑtorio parisiēsi.Sed ille stylus dз restringi vt ꝓcedat qñ reꝰ fatet̃ vsq₃ ad illū finē interroget̃ lз si negat maxime in debito cōditionali non dз fatigari añ tps nisi quatenus opus esset ꝓbationē periturā conseruare [redacted]

[redacted]

posse petere declarari sibi actionē cōpetere: qr hec sunt paria vt dictum est, τ pro certo eadem est ratio in vno casu que est in altero: ergo idem ius esse debet illud. ad. l. aql. c. ij. de trās. prelat. ¶ Unde videmus φ quando quis conuenitur ante diem τ iudici constet φ obligatio est in diem debet condemnare reum ad soluendū ad diē si non est opposita exceptio ab initio ad impediendū admitti petitionē actoris. Secus si sit talis exceptio opposita: vt declarat Jnn. in. d. c. pastoralis. τ Bar. in. d. §. qui cum ita. Si ergo est in potestate rei prouidere ne ante diem vexetur. τ sic patet qđ non est in potestate actoris posse reū inquietare ante diem. ¶ Propterea di
a co in casu pposito actorē pati penā duplicatarū induciarū iuxta dictū. §. tpalis. cū se. plus voluit Ang. τ Sal. i. d. l. exceptionē. τ in. l. quod si in diem. in prin. ff. de peti. here. τ in. l. j. C. de condi. ex. l. τ Fulg. τ Lud. Ro. in. d. l. lecta. quod etiam si non sit opposita exceptio per reum ad impediēdū iudiciū tamen sit repellendus actor a iudicio per iudicē τ absoluendus reus ab obseruatione iudicij quando iudici ex actis constat obligationē fuisse a prin. in diē maxime per. d. §. tpalis. ver. alioqui. τ per illa allegata per eos super quibus non est opus insistere cū fuerit oppositum petitionē non debere admitti. ¶ Et lʒ dictus dominus Frā. in libello narret φ dicti rei vociferando dixerāt se nō teneri soluere in terminis p dictis tñ hec nō est de iure cā propter quam permittat actori agere ante diē reo opponente licet quando quis diffamat alium sibi esse obligatum possit esse iusta cā ad faciendū sibi statui terminū ad cogendū iuxta. l. diffamari. cū ibi not. C. de ingenu. τ in. l. titia. ff. de accusa. τ in. l. si ea. C. qui accu. τ no. in l. j. C. vt nemo inuitus. τ per Jnn. in. c. cōquerēte. de offi. ord. quia aliter non potest esse bene cōsultū diffamato. Sed casus noster est diuersus qr eueniente termino est cōsultū actori: qr pōt tunc executionē suā petere quā sibi expeditam tribuit statutū in casibus ibi prouisis. ¶ Preterea talē vociferationē pcessisse non probauit actor in hoc iudicio. ¶ Alio principali fundamēto etiā cōstat agentē obtinere non posse: quia statutum sub rubrica de instrumē. execu. mādan. tribuit executionem instrumētis publicis, τ verbo fertur quod alio statuto cauetur quod ad essentiā publici instrumēti requiritur qđ sit subscriptum a secūdo notario, τ est oppositū τ deductum φ dictū assertū instrumētū non fuit scriptum ab eo qui esset notarius, τ qđ lʒ diceret subscriptū a Mattheo de platono tñ qđ dictus Mattheus non erat tūc notarius nec est probatum saltem legitime qđ ante dictam stipulationē dictus Mattheus fuit creatus notarius ab habente potesta
4 tē creandi tabelliones. ¶ † Nam non sequitur do. Frā. dixit se creare eum notarium ergo potuit eum creare notarium qr hoc spectat ad imperatorem τ papam τ ad habentes ptātē ab eis τ magistratus in locis τ terris sue iurisdictionis τ ad illos qui hoc habēt ex cōsuetudine nō ad alios vt no. Jnn. in. c. cum p tabellio. de fide instru. τ Spec. τ Joā. and. in tit. de instru. edic. §. restat. versi. sed quis potest. τ Gui. de cu. bar. τ alij. in. l. nec ei. §. eorum. de adop. τ per Bal. in rub. C. de fide instr. in. ij. col. ¶ Et per testes examinatos in cā non probatur φ dictus dñs Franci. habuerit ptātē creādi tabelliones. ¶ Et posito qđ in dicto asserto instrumento interuenerit iuramentum dictorū reorū: tamē non per hoc habet illa scriptura vim publici instrumenti: nam statutum tribuit dictam executionē non contractui sed instrumēto pub. vt ptʒ ex verbis statuti: vnde non est curandū an contractus fuerit iuratus. vel nō. plus voluit Bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fideius. in. vij. membro. † φ qñ ad actum requiritur certa solēnitas pbatoria non valideē ille actus iuramento si nō interueniat illa solennitas pbatoria: qr talis solennitas est iure publico introducta, vnde non potest pactis vel iuramētis priuatorū tolli. l. ius publicū. ff. de pac. l. nemo potest. ff. de leg. j. c. si diligēti. de fo. cōpe. ¶ Nō insisto circa exceptionē simulatiōis: qr non est necessaria stantibus predictis nec etiā angustia tēporis qr in pñtiarū pssus sum nec celeritas discessus nūtij dictorum reorum vlteriorem moram patiuntur. Alex. padue iura ciuilia legens.

¶ Penam. nō est verū ex quo petitionē cōfert in tēpus τ sic nō plus petit. [redacted]

¶ Sectarū. idē tenet Alex. in statuto phibēte nubere extra territoriū ĵ. cōsi. clj. nume. iij. lib. ij.

¶ Penam. sequitur Ale. cō. lxviij. ad fi. lib. iiij.

¶ Ualere. dic qđ omnia hmōi statuta ex iusta cā facta sint valida. ad de Bal. tract. stat. ver. ɔsensus. nu. j. Bal. Jas. l. j. in fi. ff. de iustitia τ iu. Jo. lup. repe. c. per vestras. §. sed si filia. de dona. inter virum τ vxorem. τ ita obseruatur [redacted] memorabile [redacted] stu [redacted] mo senatu latum mense martio anno do. M. d. xxxix. cōtra cadoinēses quo iterdictū est cōtrahere matrimonium cum puella sine ɔsensu patris vel matris si tm mater superstes sit vel vtroq 5 parēte mortuo sine cōsensu tutorū τ agnatorū vel cognatorū τ in casu discordie ex decreto iudicis idque sub pena capitali confiscationis corporis τ bonorum quod est iustissimñarestrū. [redacted]

Consilium. CXVI. duplum. ʒ. consilio. xxiij.

Summarium.

1 Statuta punientia nubentes aliter φ statutum sit, quod valeant, τ contra, quod non valeant. nu. 2.

3 Lex prohibens ɔ̄hi matrimoniū cū raptore, τ nō valeat.

4 Filia nubens inuitis parētibus non pōt exheredari: nisi nubat indigno. nu. 5.

6 Consuetudo quia mista, fortior est statuto laicorum.

Consilium. XCVII.



Rincipalis dubitatio mihi consistere vr circa validitatem dicti statuti disponentis qđ nemo ɔ̄hat matrimoniū cū muliere virgine minore. xx. an. absq cōsensu patris aui vel proaui: τ illud deficiētib⁹ fratris, alias φ cōtrafecerit eam habeat indotatā nec pater nec aliqui eius cōsanguinei cōpellent illā dotare, sʒ talis cōtrafaciens eā accipiens teneat cōdecēter eā dotare ɓm sui patrimonij facultatē τ ipsius mulieris cōditionē. ¶ Et prima consideratione videreē dicendū statutū valere qr videmus qđ lʒ statutū laicorū ex toto non possit. l. diuinā corrigere. c. cū inferior. de ma. τ obe. l. nā τ magistratus. ff. de arbi. tñ pōt illā distinguere τ in certis casibus immutare: ptʒ in. c. a nobis. de decimis. τ ibi no. τ in. l. fi. C. de fideicō. τ in. l. si vnus. C. de testa. iuncto c. in omni. de testi. τ c. nouit. de iudi. τ plene no. in. l. j. ff. de cōsti. prin. τ in. l. fi. C. si ɔ̄ ius vel vti. pub. τ in. c. φ in ecclesiarū. de
1 consti. cū si. ¶ † Scđo qr statutū nō infringit matrimoniū φ est qd spūale. sed imponit penā ɔ̄henti non seruata forma predicta: vñ cū exactio illius pene sic separata a matrimonio separatorū separata dʒ esse ratio. c. edoceri. de rescri. c. cū apostolica. de his que fiunt a prela. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. ¶ Tertio qr statuētes videnē moti sancta τ honesta rōne scilicet ne virgines. xx. an. propter imbecillitatē etatis τ fragilitatē sexus agerent contra propria cōmoda. ar. l. si pater. C. de sponsa. τ. l. ij. C. ad velle. l. fi. §. filij autē. C. de bo. φ lib. nec est virginalis pudoris eligere sibi maritū. xxxij. q. ij. honorātur. dʒ ergo valere statutū: qr est fundatū in honesta τ pbabili rōne. arg. c. erit. iiij. di. nā in matrimonijs cōtrahētis nō solū qđ liceat, sʒ qđ honestū sit cōsiderādū est. l. semp in coniunctionibus. in prin. ff. de ritu nup. ¶ Quarto p hoc facit id φ no. Jnn. in. c. j. de spō. vbi voluit φ quo ad substātialia matrimonij cōsuetudo nō possit inducere seu statuere, sʒ quo ad accidētalia in quo ad dotē possit: ar. c. raynuti⁹. de tes. ¶ Quinto videm⁹ φ de iure ciuili matrimonia debeāt esse libera. l. titia. in prin. ff. de verb. ob. l. ij. C. de inut. stip. τ tñ requiriē ɔsensus pris. vt no. xxvij. q. ij. sufficiat. ¶ Sexto pbaē p id qđ habetur. i. c. j. τ in. c. sup eo. de cog. spi. τ. xxx. q. v. c. aliter. vbi probaē valere cōsuetudinē disponente circa matrimonij validitatem. ¶ Septimo p id qđ habeē in. l. cū ita legatū. τ. l. hoc mō. ff. de cōdi. τ demō. vbi licet mulier ex dispōne testatoris prohibeatur cū certis psonis cōtrahere nō videē illa dispositio puiduitatē inducere aut auferre libertatē cōtrahendi matrimoniū. Sed in proposito per statutū nō impediunē mulieres cōmode posse cōtrahere matrimoniū imo statutū emanauit vt cū grauiore cōsilio cōtrahaē. ¶ Octauo p. l. adijcimus. C. de muri. lib. xj. vbi mulier ex patre monetario nata prohibeē ex
b traneo nubere. τ ideo Bar. ibi ex hoc infert φ si statuto caneē qđ inter hoīes diuersarū sectarū [b] nō ɔ̄hatur. matrimoniū φuis nō valeat statutū quo ad hoc vt faciat matrimonium irritum si contrahaē attēto qđ est res spiritualis sup qua laici nō possunt statuere cum nō sit de iurisdictione sua sed ecclesie: tñ valebit quantū ad hoc vt cōtrafacientes puniaē si poterant honeste nubere seruata forma statuti vt qr in qualibet secta sunt tot quot cōmode ɔtrahi possunt. p id qđ habeē in. d. l. cū ita legatū. cū. l. seq. ¶ Nono per id qđ voluit glo. no. in. c. cum ɓm. in ver. certoq casu. de her. lib. vj. que voluit qđ si lex ciuilis contrahenti mulieri matrimoniū certo modo imponat penā priuationis lucri delati a iure ciuili eidē mulieri: erit talis lex
c seruāda quo ad dictā penā [c] in terris nō subiectis iurisdictioni tēporali ecclesie, τ illā gl. sequiē Ant. de but. i. d. c. j. de spōsa. ergo cū tractem⁹ de priuādo mulierē dote sibi dāda in qua mulier dicit pretēdere tit. lucratiuū. l. fi. §. si a socero. ff. que in frau. cre. sequitur qđ a statuto potuit tali lucro priuari, τ tāto magis in casu nostro in quo statutū non videē excludere mulierē a dote in effectu qr voluit qđ accipiēs eā in vxorē teneatur eam dotare. ¶ Hanc opinionē videē amplecti Bal. in. l.
d omnem. C. ad tertyl. vbi dicit valere [d] statutū puniens contrahentē matrimoniū cū filiafa. sine cōsensu patris qr contrahere matrimoniū cū filiafamil. sine cōsensu patris est cōtra bonos mores omniū maxime prudētiū τ inducit odiū capitale. l. iij. si emācipatus. ff. de bono. pos. cōtratab. nō valere debet statutum pdictū nō qr vetet substantiā matrimonij: qr hoc nō pōt facere nisi papa sed qr punit malos mores τ in repu. facinora seminātes. τ cū. d. opi. Bal. ɔcordat etiā Ludo. ro. in rubri. ff. solu. matr.

sol.ma.ꝛ voluit idē Bal.in.l.j.§.ius naturale.ff.de iusti.ꝛ iure.vbi putat ꝙ propter publicā vtilitatē fiat statutum null⁹ accipiat Gabellinā i vxorē sub certa pena valeat statutū ad penam.arg.l.si tutor.C.de interd.matri.ꝛ.l.hac edictali.C.de secū.nup.ita et bal.i ru.extra de cōsti.in pe.col.ꝛ in.c.clerici.

2 de iudicijs.❡†Sȝ p̄missis nō obstātib⁹ ꝯtriā sniam in proposito casu de iure veriorē puto maxie ex ifrascriptis qꝛ ad matrimoniū ꝯhendū p dictā mulierē clarū est qȝ nullo iure cōi ciuili aut canonico requirebat̄ cōsensus fratris quinimo de iure canonico nō requirit̄ cōsensus patris.c.cū cām.de rescrip.ꝛ in.d.§.sufficiat.ꝛ not.xxxij.q.ij.hoc scitū.ꝛ in.d.l.eū q.al's icipit,paul⁹.ff.de statu ho.Jgit̄ si p statutū mulier arctat̄ ad ꝯhendū cū cōsensu fratris dꝫ auferri libera facultas matrimonij ꝯhēdi vt est bonus tex.in.c.cuȝ tale.§.rescriptū.al's incipit si arbitrio.ff.de cōdi.ꝛ demō.❡Et ꝙuis statutū non inualidet matrimoniū tn̄ adijciendo ꝙ maritus cogat̄ illam indotatā habere:ꝛ intelligam⁹ ꝙ in casu nostro mulier repellatur a legato dotis sibi relicto in testō p̄ris.Sequit̄ ꝙ statutū imponit penā tam marito ꝙ̄ mulieri.vnde sicut nō vȝ statutū ꝓhibēs principale.i.m̄rimoniū ꝯhi.vt oēs tenent eo:qꝛ matrimoniū pertinet ad ecclesiā.c.tuā.de ordi.cog.c.lator.q filij sint legi.c.ij.de dona.inter virū ꝛ vxo.iūcto.c.ecclesia sancte marie.de cōsti.ꝛ no.doc.in.c.statutū.el.j.de hereti.ꝛ Jac.but.in.l.j.de cōst.prin.ꝛ bal.in.l.nemini.C.de nup.ꝛ in.l.eū q.alias incipit.paulus.ff.de sta.ho.Et Ang.in cōsi.lxxix.inci.titius existens.ꝛ.l.j.§.ius naturale.ita nec valebit statutum quatenus imponit penā faciētib⁹ seu ꝯhentib⁹ p̄ncipale matrimonium ꝙ nō potuisset statutū ꝓhibere ꝯhi.ita ꝓbat̄ in.l.seius ꝛ augerius.ff.ad.l.fal.p quā.l.multa in simili dt Bar.ꝛ istā doctrinā colligit Bal.in.l.j.C.de indi.vidui.tol.vbi di-

a cit ꝙ si nō vȝ statutū ꝓhibitorū nec ēt̄ penale p.d.l.seius.et augerius,ꝛ qꝛ f̄m eū nūꝙ̄ pena legis pōt incipere a permissis.l.ab administratione.C.de legi.ꝛ no.bal.in.l.omnes populi.in.viij.col.ff.de iusti.et iu.ꝛ Pet.de anch.in repe.c.canonū statuta.de cōsti.in ver.adde id qȝ no.Bal.ꝛc.❡Cōfirmat̄ qꝛ si directe prohiberi nō pōt matrimoniū p statutum vt nemo agat nec ēt dꝫ posse indirecte prohiberi vel retardari.d.c.statutū.el.j.de hereti.l.si sponsus.§.j.ff.de dona.inter vi.ꝛ vxo.ꝛ i.c.cū qs vna.de re.iu.lib.vj.Sȝ si diceremꝰ valere statutum dictam penā imponēs sequeret̄ ꝙ per indirectū ꝓhiberet̄ libertas m̄rimonij ꝯhēdi.l.j.§.q hoiem.ff.quarū rerū ac.nō datur.l.heres meus.§.fi.ff.de condi.ꝛ demō.nā impositio pene facta per statutum ciuitatis inducit istū metū vt inquit bart.in.l.creditor.in fi.prin.ff.de sol.ꝛ Host.ꝛ Jo.an.in.c.fi.de ap.ꝛ Ang.in.l.liber homo.in prin.ff.de here.insti.ꝛ Bal.in.l.falsus.in vl.col.C.de fur.ꝛ bal.in.d.l.oēm.in fi.C.ad ter.cum igit̄ omni iure cautum sit qȝ matrimonia debeant esse libera.c.gēma.de spon.ꝛ in.d.l.titia.de ver.ob.exceptis vinculis inductis a iure canonico cui in materia matrimonij est standum.c.fi.de sec.nup.ꝛ in.l.liberorū.§.notant̄.ff.de his q no.infam.Nō pōt dici valere statutū predictū ꝯ ius cōe cōditū a laicis seu inferioribus a papa cū per illud statutū prohibet̄ matrimonium ꝯhi sine cōsensu patris,ꝛ per cōsequēs libertas matrimonij restringat̄ ꝛ auferat̄ stāte dicta impositione pene p predicta.❡Bene faciunt que no.p gl.ꝛ doc.in.d.l.j.C.eo.tit.ꝛ ad idē qȝ no.gl.ꝛ plenius per Host.ꝛ Jo.an.in.d.c.fin.de secū.nup.ꝛ per gl.ꝛ doc.in.l.j.C.eo.ti.❡Et ad idē quod not.

3 gl.xxxij.q.v.c.de pub.que voluit† ꝙ sicut nō valet prohibitio legis prohibentis mulierē raptā cōtrahere matrimoniū cum raptore iuxta ea que habētur in.c.pe.de rapt.ꝛ in.l.j.C.de raptu virgi.Jta ēt nō valebit dispositio iuris ciuilis imponēs penā contrahenti matrimoniū cū raptore auferēdo ipsi mulieri lucrū ab ipsa muliere delatū iuxta ea q̄ habent̄ in auth.de rapto muliere.in fi.ꝛ in.d.c.cū f̄m.de hereti.in.vj.ꝛ Abb.in.c.j.de sponsa.licet Jo.and.in.d.c.cuȝ f̄m.voluerit in certo casu ꝯtriū:sed illa gl.nō cōtradicit casui nostro vt infra dicaȝ.❡Et istam opinio.ꝙ nō valeat statutū imponēs penā contrahenti matrimonium cum filiafami.sine consensu patris tenuit Jo.an.in ca.statutū.in nouella.ꝛ cū eo cōcordat ibi do.de sancto Gemi.multo ergo magis in casu nr̄o in quo statutum requirebat cōsensum fratris q nullo iure ciuili aut canoniquo requirebatur.❡Hanc etiā opi.seqt̄ Ant.de but.in.d.c.j.de sponsa.vbi quo ad ꝓpositū concludit qȝ nō vȝ statutū imponens penam per quam annullatur cōtractus matrimonij si talis pena imponitur dannum infligendo bene fatetur quod si statutum imponeret penam auferēdo lucrū ab ipsa.l.datū tunc bn̄ valeret ita loquit̄ gl.in.d.c.cum secundum.Sȝ in proposito nostro statutū imponens penā marito vt dotare mulierē teneatur de suo proprio,ꝛ infert dannum.❡Jtē quo ad mulierē quātum ad casum nostrum statutum aufert dotem quam ipsa mulier habebat a patre ex dispositione vltime volūtatis paterne ꝛ sic posito ꝙ vera esset opinio.gl.in d.c.cum f̄m.quo ad auferēdū per lucrū ab ipsa.l.delatū.tn̄ illud non ob.nam lex facilius suum denegat auxilium spāle ꝙ̄ auferat ꝓuisionē inductā ab ipsa.l.cōi.vt no.gl.i.l.assiduis C.qui po.in pi.ha.ꝛ in.l.j.C.si aduer.ven.ꝛ do.Abb.in.d.c.j.de spon.reprehendit opi.Jo.an.❡Concor.etiā Fede.de se.consi.cclxxv.inci.casus talis est.statuto cauet̄ ꝙ filij spurij.et Jac.bu.idem tȝ in statuto penali in.d.l.j.ff.de const.prin.ꝛ ēt Pet.de anc.in cōmēto.c.canonū statuta.nec cōstitu.i.xxvj.col.in ver.ex predictis pȝ qualiter se habēt leges in materia ista matrimonior̄ū de statu mona.ꝛc.vbi p oīa transit cū opi.Jo.and.in.d.c.statutum.ꝛ illā firmat qꝛ prout non valet pena conuentionalis libertatē matrimonij ꝯhendi impediens tanꝙ̄ sit contra bonos mores.d.l.titia.ꝛ in.d.ca.qꝛ mo.Jta nec pena posita a statuto quia si non potest fieri pactum nec p statutū.vt no.in ru.de decu.lib.x.ꝛ si statutum super principali, idest matrimonio non vȝ nō dꝫ valere super accessorio.d.l.seius ꝛ augerius.❡Et huic opi.vr̄ etiam adhere bal.in.l.conditioni.C.de condi.insti.dū allegat no.in.d.c.statutum.Jllā ēt aperte ꝓbat Ang.in.l.cōsulta.C.de test.faciens mentionē de decisione Joā.an.in.d.c.statutum.ꝛ cum eo ibi transit.Jta etiā facit Jo.de platea in.d.l.adijcimus.vbi circa illā qōnē quā ibi tangit Bar.remittit se ad no.per Joan.and.in.d.c.statututum.in qua etiā ip̄e Jo.and.residet i addi.Spe.in ru.in ti.de Spon.❡Pro ista parte etiā in terminis cōsuluit Pet.de anch.in consi.xxj.inci.p solutione dubior̄ū.

4 q.que vertitur ꝛc.Jllā in casu suo statutū dictabat†quod filia non posset nubere absq̄ cōsensu patris ꝛ matris sub pena priuationis bonorum ꝛ successionis contingentis in bonis patris ꝛ matris:querebat̄ an propter hoc filia potuerit excludi ab hereditate ꝛ bonis patris ꝛ matris ꝛ an ꝯ dictū patrē possit agi pro dote cōstituēda finaliter cōcludit pro filia.ꝛ statutū non ob.qꝛ f̄m eū tex.in.d.c.honoratur.xxxij.q.ij.ꝛ alij canones qui existunt cōsensuȝ parentū in nuptijs filiarū sunt de honestate nō de nessitate.vt in.d.c.sufficiat.cū ibi notatis.ꝛ iura ciuilia requirentia consensum patris sunt correcta de iure canonico per iura que supra allegaui.ꝛ si ita est f̄m quod iura ciuilia sunt correcta non videt̄ valere statutū qȝ reducit nos ad ius ciuile,ꝛ discedit a iure canonico quo iure magis regulātur matrimonia ꝛ de eius foro.d.c.tuā.ꝛ.d.c.fi.de secū.nup.cū concord.allegatis.❡Non ob.secūdum eum quod dictum statutum debet valere quatenus.penā imponit ex causa que honestati congruit.d.c.honoranter.iuncto.d.c.erit autem lex.qꝛ respondit quod postꝙ̄ per iura canonica est cōcessa libera facultas filie contrahendi matrimoniū sine consensu paterno non videtur posse per leges ꝛ statutū talis libertas ꝛ potestas metu pene coarctari.vnde videmus ꝙ pene leges inducte contra scd̄o nubentes intra annū sunt correcte p id qȝ habet̄ in.c.fi.de secū.nup.cum si.ꝛ non dꝫ posse per indirectum prouideri circa id qȝ directo principaliter non poterat.c.veniens.de iureiur.pro hoc etiam allegat id qȝ habetur in.d.c.gēma.ꝛ.d.l.titio centum.§.i.ff.de condi.ꝛ demonst.❡Unde concludit si tale statutum intelligatur medulliter ꝛ ad cortitē prout iacet non valet vel si dicim⁹ valere dicit ꝙ debebit referri ad intellectum iuris communis,scilȝ qn̄ filia cōtraxisset cum infami vel turpi persona seu cū indigno contra patris voluntatē ita qȝ propter hoc patrē vel eius famaȝ offenderet.vnde tūc erat iusta cū exheredationis.l.j.§.emancipatus.de bo.pos.cōtratab.secus si cum digno contraxit:qꝛ licite facit ideo penam non meret̄.l.gracchus.C.de adulter.❡Et sic apparet qȝ Pet.de ancha.vult ꝙ quo ad auferendum lucrū ꝛ cōmodū delatum a iure communi non valet dictum statutum vel intelligatur quando cū indigno cōtraxit.❡Facit qȝ voluit gl.no.ꝛ ibi etiā Archi.xxxvj.q.j.c.de rap-

5 toribus.vbi notatur†ꝙ si filia nupsit inuito patre nō tenet̄ eā dotare nisi nupsit indigno secus si digno.ar.l.iij.§.emancipatus.vt etiam no.Bal.in.l.j.in.aiij.col.ff.sol.ma.ꝛ Jo.and.ꝛ Anto.de bu.in.c.accedens.de procura.ꝛ per dominuȝ Abb.in.c.cum causam.de adulte.ꝛ ita modificatur quod not.in.d.c.hoc sanctum.ꝛ in.l.ob ligamur.§.lege.cum si.ff.de act.ꝛ ob.❡Unde cum presupponatur dictam mulierem esse nuptam vni non ignobili ꝛ nō indigno opera magis interueniente ꝛ tractetur de dote sibi a patre in testō relicta non video quod dictum statutum habet dicte mulieri ꝛ eius marito obstare.Cessat enim in casu nostro etiam presumpta mens statuētiū que videt̄ fuisse prouidere,qȝ nō nubāt puelle cū ignominia domus ꝛ familie:ꝛ cessante ratione debet cessare dispositio legis.l.adigere.§.quamuis.de iure patrona.c.cū cessante.de appellatio.ꝛ ista sine dubio,quo ad casum nostruȝ est magis

a ❡Nec etiā.Jdem Alex.i.d.l.seius.ꝛ augerius.col.j.in rubr.ff.sol.ma.i fi.§.consil.lix.nu.v.Ant.but.consi.xxxv.Anc.consi.xxj.cur.senior cōsi.xxvij.co.j.ij.consi.xxviij.co.j.deci.cōs.cccxxxj.in.l.nuptias.de reg.iur.Anto.Cor.sing.ver.statutū.Hyppolit.marsil.not.clxxxix.sum.Syluester.versi.matrimoniū.ij.q.ij.[redacted]

communis opi. vt patet ex supradictis, ideo in iudicãdo nõ est ab ea discedendũ vt tradit glo. vulgaris. ¶ Et per predicta satis ptz responsio ad allegata in 3rium: tñ specialius rñ. ¶ Et primo dũ dicebat ꝙ statutũ põt distinguere ius diuinũ: nã verũ est dummodo statuẽtes disponant circa rẽ pertinentẽ ad suum forũ. c. fi. de rebus ec. nõ alie. ꝛ in aut. cassa. C. de sac. sanc. ecc. sꝫ dictũ statutũ non est huiusmodi: qꝛ ꝫ matrimonium ꝛ eius liberã 3hendi facultatẽ nõ hñt directe, vł indirecte ptãtem dicti statuti statuentes, vt. s. paui: ergo ꝛc. ¶ Similiter non ob. ſm arg. dũ dicebat ꝙ saltẽ quatenꝰ statutum imponit penã separatã a matrimonio dꝫ valere: qꝛ separatorũ separata dꝫ esse pena: qꝛ rñ. qꝛ sicut nõ vꝫ prohibitio sup principali: ita nec dispõ super pena imposita illis qui contra principem 3herent. l. seius ꝛ augerius. ꝛ. l. nõ dubium. C. de legi. ꝛ. d. c. gemma. cum aliĩs supra alleg. ¶ Nõ obst. ſm argu. dũ dꝛ qꝺ statuentes fuerunt moti facta ꝛ iusta rõne. vt d. c. honorantur. ꝛ. d. l. semper. qꝛ responsum fuit supra referendo consilium Pet. de an. preterea ar. posset ꝓcedere vbi statutum fuisset conditũ circa ea que ptinẽt ad forũ ꝛ ptãtẽ statuẽtium: sꝫ hoc nõ hmõi: vt est dictũ. Ad quartũ dũ dicebat ꝙ statutuꝫ circa accidẽtalia matrimonĩ: vt quo ad dotẽ põt disponere per not. per Inn. in. c. j. de spon. rñ. ꝙ qñ statutũ disponeret ꝙ vxore predecedẽte in mrĩmonio sine liberis maritus lucret certã quantitatẽ dotis posset dici valere statutum: qꝛ per hoc statutũ nõ impeditur libera facultas mrĩmonĩ 3hẽdi sicut bñ impedit qñ mulier nõ põt sine cõsensu fratris nubere. d. l. cũ tale. ꝛ ptꝫ qꝛ videmus ꝙ pactũ lucrande dotis inter virũ ꝛ vxo. vꝫ. l. ĩĩ. ff. de pac. dota. l. j. in pn. ff. de do. ꝓle. et cũ sit tale pactũ dꝛ auferre liberã facultatẽ 3hendi sicut nõn vꝫ promissio pene. l. titia. cũ si. ꝛ aliĩ post eũ in. d. c. de spõsa. vbi vide But. vbi faciunt differentiã inter statuta disponentia de dote lucranda ꝛ statuta penalia de quibus queritur in casu nr̃o. ¶ Ad qntũ ar. dũ dicebat ꝙ mrĩmonia de iure ciuili dñt esse libera: ꝛ cũ requirebat cõsensus fratris de quo q̃rimus: ꝓterea ius ciuile disponebat mrĩmonia debere esse libera ꝓterq̃ a qbusdã iter q̃ erat cõsensus patris: ꝛ qꝛ ꝑ hoc plurimũ auferebat libertas mrĩmonĩ 3hẽdi: iõ fuit de iure cõi
6 correctũ cui stare debemus: vt. s. rñsum est. ¶ † Nõ ob. sextũ arg. de eo ꝙ habet in. c. sup eo. de cog. spi. qꝛ rñ. ꝙ ibi loqt in cõsuetudine eccłie, non aũt loqmur in statuto ꝯdito a laico. ¶ Pro hoc bñ facit ẽt qꝺ no. Host. ꝛ Jo. and. in. c. fi. de sol. ꝛ Ant. de bu. in. c. q̃ in ecc łiarũ. de cõstit. vbi voluit ꝙ cõsuetudines q̃ sunt fauorabiles ecclesiis valeãt cũ vim legis habeãt: secꝰ in statutis laicorũ nõ Imperatoris ſm Joã. an. in d. c. fi. lꝫ fauorabilibꝰ ꝑ id qꝺ no. in. d. c. q̃ in ecclarũ. ꝛ in. d. ca. ecclesia scẽ marie. de cõsti. vel ſm do. Anto. ꝛ Jo. de ligna. ꝛ Jo. de imo. in. d. c. ecclesia sancte marie. ꝛ do. Abb. in. d. c. j. de sponsa. qñ cõsuetudo est mixta laicorũ ꝛ clericorũ põt inducere q̃ spectãt ecclesie. c. cũ venissent adˀ forũ. de eo q mit. in pos. cã rei ser. ꝛ eodẽ mõ rñ. ad id ꝙ habet in. c. aliter. xxx. qõ. v. vel aliter. vt per doc. in ca. qꝛ in. d. c. aliter. non agitur de consuetudine imponente penam per quam libertas cõtrahendi matrimoniũ impediat. ¶ Nõ ob. ꝙ habet in. l. cũ ita. ꝛ l. hoc mõ, ff. de cõdi. ꝛ demõ. qꝛ ibi non dicebatur impediti libertas matrimonĩ 3hendi: lꝫ det occasio vt cũ aliqbus non 3hat matrimonium: dummodo cum aliĩs contrahi possit. secus quando mulier arctat ad 3hendũ matrimoniũ sine consensu alterius vt probatur in. d. l. cũ tale. §. exceptis. ꝛ eodẽ modo rñd. ad. l. adiĩcimus. ꝛ qꝺ ibi no. Bar. ¶ Preterea illa est dispositio iuris ciuilis cui matrimonio nõ standum sicut videmus in seruis inter quos non est matrimoniũ inspecto iure ciuili. l. cum ancillis. C. de incest. nup. secus inspecto iure canonico. c. j. ꝛ fere per totũ. de coniug. seruorũ. hoc etiaꝫ plene probat Jo. and. in. c. fi. de secun. nup. ꝛ plene per Pet. de anc. in. c. canonũ. in. xxiiĩ. col. ꝛ no. Bal. in. l. q contra. ad fi. de incest. nup. ꝛ ſm primã rõnẽ q̃ dedi ad. d. l. adiĩcimus. cum ibi no. ꝑ bar. ꝛ dictam. l. cum ita legatum. etiam respondi ad no. per Bal. in. d. l. j. §. ius naturale. ꝛ in dicta rubri. de consti. ¶ Preterea ibi loquitur quando apparebat quod statutum emanauerat non in odium contractus: sed propter publicum fauoreꝫ: ꝛ sic principaliter ad fauorẽ alterius. bene facit qꝺ not. Ant. de bu. in. d. c. j. de spon. cum exce. ꝛ ad. d. l. hac edictali. ¶ Non ob. id qꝺ no. per gl. in. d. c. cum scõm. qꝛ respondetur qꝺ gloss. contraria in. d. c. puellis. videt esse verior: vt dixi. s. ¶ Secũdo respondeo ꝙ nos non tractamus de statuto auferente lucrum delatum ab ipso statuente vt loquitur gl. in. d. c. cũ secũdum. Sed loquimur in pena infligente damnum rerũ suarũ marito, ꝛ etiam quo ad mulierem tractamus non de lucro delato a statuto: sed de legato relicto a patre in testamẽto: ideo aliud esset debet in casu isto per not. per gloss. in. d. l. assiduis. ¶ Non ob. id quod no. Bal. in. d. l. omnem. quia ipse loqͥt in statuto disponente quod contrahens matrimonium cum filiofa. sine consensu patris incidat in penam ꝛ fundat se qꝺ contrahere matrimonium sine consensu patris est contra bonos mores, ꝛ inducit odium capitale secundum eum que ratio non ita militat in nubente sine consensu fratris: quia nullo iure cautum est de consensu fratris requirendo: sed de consensu patris sic. Preterea opi. Bal. est magis cõmuniter reprobata in casu illo ꝛ communior ac verior est opi. Joã. and. saltem in casu nostro: vt superius demonstrasse puto, ꝛ ita equius ꝛ verius esset arbitror.

Epitome.


Verba notariĩ in instrumento de eo quod tempore instrumenti interuenire potuit probant inter contrahentes.

Consilium. CXVIII.


Breuiter puto dictos petentes i cõmunionem deduci dicta bona empta per patruum nomine suo ꝓprio ꝛ suorum heredũ nõ esse audiẽdos. ¶ Primo rõne expresse conuentionis de qua in instrumento predicto non
1 ob. allegatꝰ defectus sigillorũ, quia rñ. † quod per verba notariĩ contenta in instrumento per que asserit quod ea oĩa de quibus in instrumento sunt sigillata sigillis dictorum cõtrahentium ad maiorem firmitatẽ ꝛ robur roborata probant sigillum vtriusq̃ partis interuenisse, ꝛ quando notarius asserit aliquid quod potest presentialiter tunc instrumento interuenire talis assertio probat quo ad 3hentes quod illud interuenerit nisi contrarium appareat. vt no. gl. in. l. j. C. de fide instru. ꝛ iure haste fis. lib. x. ꝛ ibi doc. no. Jo. an. ꝛ imo. in. c. cũ in re. de offi. deleg. ꝛ Jac. bu. in. l. optimam. C. de cõtrahen. ꝛ cõmit. stipu. ꝛ Bart. ꝛ aliĩ in. l. sciendũ. ff. de verb. obli. ꝛ in aut. si quis in aliquo. C. de edẽ. cũ si. ¶ Unde cũ probetur per verba
2 dicti instrumẽti quod interuenerũt: † quãuis nũc nõ extent seu non appareant tamẽ cũ instrumentũ habeat ea que erãt de substantia instrumenti publici stabitur instrumento vt no. in. c. inter dilectos. de fide instru. in glo. in verbo pro ea. ꝛ aliĩ post eum ibi sequuntur: nisi fuisset actum inter partes quod absq̃ sigillis nõ valeret instrumentum secundum Hosti. Joan. and. Anto. de but. ibi. arg. l. contractus. C. de fide instru. ꝛ c. ĩĩ. de pact. ꝛ. c. j. de transactio. quod non fuit in casu proprio quantum in instrumento colligi potest. Ad hoc etiam facit qꝺ no. Bal. in. l. falsus. C. de fur. in vlt. col. in verbo dubitari potest ꝛc. ꝛ per hec apparet dici non posse quod cõtractus nõ fuerit habitus pro absoluto ꝛ perfecto a partibus iuxta. l. si is qui. cum ibi no. ff. de testa. ꝛ. d. l. contractus. quia vt dixi verba dicti instrumenti probant sigilla interuenisse: ꝛ qui vult dicere contrarium: quod tunc non interuenerint habet necesse illud probare. l. generaliter. C. de non nume. pec. l. precibus.
3 C. de proba. l. ĩĩ. ff. de proba. ¶ † Secunda ratione non debẽt audiri petentes bona conferri cum presupponatur quod non erant sociĩ bonorum dicti fratres tempore quo bona de quibus est questio fuerunt acquisita: quia quidam habebant diuisa quedam non sequitur quod bona empta debent omnino remanere apud heredes eius qui suo nomine emerat. vt. l. si vnus ex sociĩs. §. si vnus. ff. pro socio. ꝛ notat Barto. ꝛ doct. in l. titium ꝛ meuium. §. altero. in fi. ff. de admi. tuto. ꝛ in. l. si patruus. C. commu. vtriusq̃ iudi. vbi Bar. clare circa vlt. colum. ꝛ Barto. in. l. j. C. si quis alteri vel sibi. cum concordantiĩs. Ex quibus concludo vt supra.

Summarium.

1 ☞ Testis si ex eius dicto apparet de causa inimicitie, repellitur.
2 Causam subesse sufficit, licet absit odium.
3 Reconciliato de recenti non creditur.
4 Amico inimici nec etiam sorori offensi creditur, numero quinto.

Consilium. XCIX.

In causa

N causa inquisitionis
formate cõtra Jacobum ꝛ Alex. de lauerno: ꝛ Jo.
benedictum, ꝛ Dominicũ paruum de lauerno eo-
rum nepotes. ¶ Uisa inquisitionis copia ꝛ probationis te-
stium receptorũ in cã ꝛ aliis scripturis mihi exhibitis princi
paliter puto discutiendũ an probata sit legitime intẽtio cu
rie inquirẽtis q̃ inducit predictos testes: vz Bartholomeũ
ab ecclesia ꝛ Catharinã ꝛ Ceciliam sorores Dominici quon-
dã Georgii de lauerno ꝛ Christophorũ quõdã Bart. ꝛ buna-
inn cta ꝛ borgofor. ¶ Et mihi vr̃ qd nõ sit legitime ꝓbata in-
d solum infra [d] territorium illius ciuitatis.arg.l.fin.ff.de iurisdi.om.iud.⁊.c.vt animarum.de consti.in.vj.vel dato quod haberet vires extra territorium,tamen secundum Bal.in.d.l.exemplo.non faceret fidem nisi contra illum qui esset subditus ratione contractus,vel aliqua occasione etiam dato quod consuetudo vel pari ratione statutum illius ciuitatis disponeret expresse quod talibus scripturis esset adhibenda fides secūdum enim:vt est in casu nostro. ¶ Idem voluit Io.And.in addi.Specu.in titu.de instru.edi.§.nūc dicendum.in addi.magna.incip.quia de argentario.circa fi.illius additionis.⁊ Anto.de but.in.c.ij.de fide instru.in.iij.col.in.viij.ver.cum versi.seq.vbi dicunt ꝙ scriptura nō auf.recondita per officiales in Archiuo publico,tanquā publica fidem facit:vt.d.c.ad audientiam.⁊ idem dicit quādo scriptura longi temporis esset obseruata pro publica.l.j.in fi.⁊.l.quod principis.de aqua plu.arcen.tamen ꝺm eum ista procedūt solū quo ad illos,qui subiecti sunt iurisdictioni illorum,quorum authoritate custodiūtur.⁊ idem tenuit Bald.in rubri.C.de fide instru.in pen.⁊ melius in vlti.col.versi.sed restat ⁊c. ¶ Sed ita est ꝙ reus cōtra quē producit legitimatio ⁊ priuilegiū,non est suppositus iurisdictioni ciuitatis Mediolani:nec etiam ibi vertitur lis:ergo dicta scriptura fidem non facit. ¶ Ad idem quod not.Cy.⁊ Bal.in.l.receptitia.C.de consti.pecu.vbi querit an statutum conditum ab vniuersitate mercatorū debeat seruari in alia curia:⁊ dicit ibi Bal.ꝙ aut statutum prouidet circa ordinē procedēdi summatim ⁊c.⁊ tunc nō seruat nisi in illa curia aut circa decisoria.vt puta statutū disponit ꝙ scriptura priuata facit plenā fidē,⁊ tunc seruabit in quolibet foro.allegat no.in.l.ex ea.ff.de postu.sed istud est verū quo ad personas subditas statuentibus,nō inter alias personas:ita dicit.in.d.l.receptitia. ¶ Preterea
6 est cōmunis cōclusio,† ꝙ statutū disponēs de effectu probationū etiā circa decisoria nō ligat,nisi subditos rōne contractus vel alia ratione:vt no.plene Io.Cal.in disputatione sua incip.Bononiē.statuto ⁊c.⁊ refert Bal.post Cy.in.l.j.ad fin.C.que sit long.cōsue.⁊ in.l.cunctos populos.C.de sum.trini.⁊ doc.in c.qd clericis.de foro compe.per not.per gl.in.l.j.C.de emanci.li.⁊ in.d.l.j.C.que sit long.consue.⁊ per no.per Spe.in tit.de ferijs.§.j.ver.sed pone.⁊ in titu.de consti.§.j.ver.sed pone.cum si. ¶ Presupposito ergo ꝙ legitime nō cōstat de priui.legitimandi vt probaui:sequit ꝙ legitimatio tanquā facta nō habēte ptātem.nō valet.C.si a nō cōpe.iudi.per totū.c.ad nostrā.de consti. ¶ Nec ob.si appareat predictū legitimantē fuisse publice cōmuni opinione reputatū Comitē palatinum,⁊ habentem potestatem legitimādi,⁊ plures legitimationes fecisse.de quibus nō refert in dubiū:qr respōdeo ꝙ hec nō sufficiūt nisi cōstet de autoritate superioris,id est,principis. ¶ Hoc eīm primo tenuit

mo tenuit Iaco. de aret. in disputatione sua incipiente. quero
7 ergo producto cõtra te instrumentũ &c. vbi querit† quid si pro
duco contra te instrumentũ in forma publica reductũ per ma-
num Titij, qui fuit multo tpe in quasi possessione tabelliona-
tus & multa confecit instrumẽta, tu negas eum fuisse tabellio-
nẽ, an sufficiat probare ꝙ multo tempore pro tabellione se ges-
sit, & officiũ exercuit: & dicit ꝙ mihi incumbit onus probandi
a eũ notariũ nõ obstante[a] ꝙ sit in quasi possessione, cum pro ad-
uersario presumatur, vt est videre in eo qui est in quasi posses-
sione seruitutis: & cõuenit negatoria: qui nisi probet cõuenien-
tem vel eũ cui successit cõstituisse seruitutẽ, succumbit: vt dicit
Azo in summa. C. de vsufru. in. vij. col. vt no. in. l. sicuti. §. sed si
queraẽ. si seruitus vendi. & in. l. in summa. C. de vsufru. & no. in
l. si prius. ff. de ope. no. & ad hoc allegat etiã. l. siue possidetis. C.
de probã. negando in casu isto ẽm eũ. ¶ Nec ob. ꝙ alia instru-
mẽta confecerit: qꝛ respondet Iac. de are. hoc non cõcludere:
qꝛ vidimus ꝙ non valẽt gesta ab eo, qui cõi opinione reputa-
batur tutor & nõ erat. l. ij. ff. de eo qui ꝓ tuto. nego. gest. & l. qui
neq3. ff. de rebus eorum. ¶ Ad. l. Barbarius. respondit ꝙ ibi
constabat de creatione, sed suberat vitiũ, & inhabilitas creati: &
fuerat creatus ab eo q poterat remouere vitiũ si illud sciuisset.
¶ Ita etiã respondit ad. l. si arbiter. C. de sentẽ. ¶ Ita voluit
Guido de suza. in. l. decernimus. C. de sac. sanc. eccl. vbi querit
an priuilegia concessa per Manfredum filiũ imperatoris va-
leant ar. qđ sic: quia Manfredus ab omnibus reputabaẽ dñs
& ideo cõis error facit ius allegat. d. l. Barbarius. & l. iij. in fin.
de supel. lega. & l. qđ sit fugitiuus. §. idẽ Celsus. ff. de edi. edic.
l. j. C. de testa. & l. sed si accepto. ff. de iure fis. vbi vtiẽ toga ro-
mana, ciuis roman⁹ est. Contrariũ tenet per. d. l. decernimus.
& per. d. l. qui neq3. & eodem modo dicit respondẽdũ esse si que-
ratur de instrumẽtis actis per eũ qui cõiter tabellio credeba-
tur. ¶ Itẽ voluit Iac. de bel. in dispu. sua inci. cauetur aliquo
iure &c. quã ipse ponit post. l. ij. C. q̃ño & q̃ñ iu. vbi q̃rit ꝙ si ali-
quo iure caueẽ ꝙ electio, vel collatio dignitatis, honoris, vel
officij debeat fieri cũ certa solẽnitate: & cõtingat ꝙ aliquis pro
motus ad dignitatem vel officium obtinuerit preter debitam
solẽnitatem: & ille existens in dignitate aliquo tpe gessit mul-
ta an cõis error faciat ius ita ꝙ gesta per eum valeãt. arg. ipse
ad partes tandẽ sub longa disputatione soluit: & quo ad pro-
positum nostrũ dicit ꝙ si nulla fuisset electio: vt qꝛ doctoribus
nullũ cõpetijsset ius eligendi: & aliquis tanꝙ legitime electus,
& toleratus multa fecisset gesta ab eo nõ valebũt: nec error cõ
munis faceret ius, qꝛ non habet fundamentum nec radicẽ. al-
legat. d. l. decernimus. l. Herennius. ff. de decur. & d. l. neq3. se-
cus si fuit defect⁹ in materia & in ꝑsona certa: aliud est eñi q̃ñ
est defectus in forma: qꝛ maior est defectus forme quã mate-
rie. l. an inutilis. in prin. cũ ibi not. ff. de accep. & in. l. si vnus. in
prin. §. sed si acceptilatio. ff. de pact. ¶ Eiusdẽ s̃nie fuit Andr.
de pisis in. d. l. Barbarius. vbi querit qđ de notario qui mili-
tauit in suo exercitio, & postea apparet eum nõ esse notarium.
Arguit primo ꝙ gesta per eum valeant arg. tex. in auẽ. de ta-
bel. §. pe. vbi licet notarius prohibeatur conficere instrumẽta
per discipulum valeant instrumẽta propter publicam vtilita-
tem licet puniatur: contrariũ tenet ipse ex quo nulla interces-
sit autoritas superioris, & priuatorũ consensus hoc facere non
põt. l. priuatorũ. C. de iurisdic. oĩm iudi. & pro hoc dicit esse ca-
sum in. l. actuarios. C. de numera. ac. & ad li. xij. ¶ Ad. l. Bar-
barius. rñdit ꝙ ibi interuenit autoritas superioris & peccatũ
solũ fuit in materia. ad. §. pen. in auẽ. de tabel. respõdit qđ ego
videor fecisse que commisi, & autoritatem habeo cõmittendi.
¶ In hac opin. concurrit Guli. de cu. l. Barbarius. vbi que-
rit: In ciuitate ista qdã nunꝙ creatus tabellio, exercuit offi-
ciũ tabellionatus, & publice credebaẽ tabellio. an instrumẽta
valeãt. & primo allegat qđ sic per. d. l. Barbarius. & per dictũ
§. pe. in auẽ. de tabel. sed postea cõcludit ꝯtrium. per. d. l. actua-
rios. rñdet ad cõtraria prout supra ꝑxime rñsum est. ¶ Idẽ
tenet Ray. in. l. Barbarius. & pro hoc etiã allegat. l. his offi. C.
de anno. lib. xij. ¶ His consonat s̃nia Inn. in. c. nihil. & in. c. cũ
dilectus. de electio. vbi voluit ꝙ si prelatus fuit electus, & ante
cõfirmationẽ gessit se pro prelato, nõ valent gesta per eũ si cõi-
ter habitus fuit pro prelato. allegat. d. l. herẽnius. & j. q. j. ordi-
natores. & c. si qs neq3. & rñdet ad. l. Barbarius. qđ ibi preces-
sit electio facta a superiore. ¶ Et idẽ not. Paul. de leaza. in. c.
in literis. in vlti. col. de resti. & respondet Innoc. ad. d. l. iij. ff. ad
macedo. ꝙ ibi speciale est in senatusconsulto Macedoniano,
ꝙ est odiosum. ¶ Ita tenuit Ant. de but. in. d. c. nihil. vbi in-
ter cetera dicit, ꝙ gesta a prelato nõ cõfirmato nullo mõ valẽt
ex quo non h3 superioris autoritatẽ, & se immiscuit preter auto
ritatẽ vnde diciẽ temerarius possessor quodãmodo violator. l.
extat. ff. qđ met. cã. & l. meminerint. C. vnde vi. c. tũ qui. de pre-
ben. & capit. qualiter. de electio. cũ concordantijs. & Spe. in tit.
de instrumen. edic. §. restat. versi. quid si is. querit quid si is qui
non est notarius publicus cum exercuit officium tabelliona-
tus: postea apparet eum nõ posse esse notarium. an instrumen
ta per eum confecta publica erunt. arguit ꝙ sic per. d. l. Bar-
barius. & iij. q. vij. tria. C. de testa. l. j. tandem cõcludit ꝙ si pre-
dictus haberet priuilegium ab eo: qui habuerit potestatẽ cre-
andi tabelliones: licet ex postfacto appareat eũ non posse esse
notarium: vt quia sit seruus, & instrumenta valebunt. vt. d. l. a
Barbarius. ¶ Si vero nullum priuilegium habuit, tũc com-
munis error non potuit eum facere notarium. allegat extra
de cleri. non ordi. c. j. & ij. & l. priuatorum. C. de iuris. omni. iudi.
& c. si diligenti. de for. compe. j. q. j. cum Paulus. & d. l. decer-
nimus. & d. l. qui neq3. ¶ Idem voluit Ioan. and. in additio.
Spe. in. d. §. restat. & in addi. incip. ad intellectum illius etiam
secutus Marti. fili. & suum dicit ꝙ licet quis exercuit officium
tabellionatus longo tempore, non sufficit ad probandum qđ
instrumenta ab eo facta valeant tanꝙ publica. quia cum pre-
sumptio sit pro negante tabellionatum, possessor debet ꝓba-
re. allegat. c. ex literis. etiã si vsurparet officium: sed in questio-
ne predicta nulla vsurpatio. & possessio officij facit eum talẽ. l.
improba. C. de acquirẽ. posses. & l. pen. C. vbi cau. status. alias
sequeretur ridiculum qđ quisq3 posset se facere notarium: & in
effectu residet cum diffinitione Spec. in. d. versi. quid si is. & ita
etiam dicit tenuisse Guido de suza. in. d. l. Barbarius. & ad. l.
ij. C. de senten. dicit ꝙ cõstabat de creatione ita etiã dicit pos-
se responderi ad. d. l. sed si accepto. de iure fis. vt ibi pt3. in. j. gl.
& not. etiam Pau. de leaza. in. c. cum dilectus. de fi. instru. ad fi.
8 ¶ † Et cum opin. Specu. & Ioan. and. transit etiam Ant. de
but. in. c. j. de fide instru. vbi dicit qđ possit saluari opi. contra-
ria quando sciente, & patiente superiore habente potestatem
creandi notarios, seu cõmittẽs quis esset ingressus quasi pos-
sessionem illius officij per. c. consultationibus. de iurepa. nam
sine scientia & patientia ipsius superioris, qui habet potestatẽ
concedendi, nõ potest acquiri illa quasi possessio. vt. l. j. & ibi no.
Bar. & Bal. C. de ser. & aqua. & late dicit Ant. de Bu. in repe.
c. si. de causa posses. & plene Inno. in. c. bone. el. ij. de postul. pre-
lato. & in. c. olim. el. iij. de resti. spo. & per Bald. in. l. ij. plene in. v.
col. cũ seq. de ser. & aqua. ¶ Confirmãtur predicta ex his que
tradunt Pet. Cy. & Bal. in. l. si solennibus. C. de fi. instru. vbi
voluit: ꝙ licet quis sit in quasi possessione priuilegij, tamẽ hoc
iuuat nisi ostendatur priuilegiũ. allegat. c. cum persone. de pri-
uil. in. vj. sicut dicit in eo, qui est in quasi possessione seruitutis
realis ꝙ per ipsam quasi possessionẽ non releuaẽ ab onere pro
bandi seruitutem. l. sicuti. §. sed si queratur. supra allega. ad hoc
bene facit. c. ad decimas. de resti. spolia. li. vj. ¶ Accedit quod
no. Bar. in tractatu represaliarum in. v. q. ij. principalis. dum
querit quãdo quis dicatur habere copiam superioris. & in pro-
posito dicit quod si qua ciuitas est occupata a tyrãno: qui pro
pria autoritate occupauit, non habetur pro superiori. alleg. d.
l. decernimus. aut fuit electus ab habentibus potestatẽ, & fuit
facta electio per vim vel metum, & nõ est notoriũ de vi vel me-
tu: & se pro domino gerit: & ita reputatur. & tunc habetur pro
superiore. alleg. d. l. Barbarius. & ita dicit velle Inn. in. d. c. ni-
hil. de elec. ¶ Idem dicit Bar. in. d. l. actuarios. vbi per illum
tex. dicit no. ꝙ licet habeatur & reputetur quis pro publico of
ficiali, vel pro tabellione, vel pro iudice, cum non sit ꝙ omnia
acta ab eo facta sunt nullius momenti. ¶ Et respondet ad. d.
l. Barbarius. in repe. ẽm qđ hodie habetur in cõpluribus mo
dernis lect. licet quidam attribuãt illam repeti. Bal. nam dicit
ipse: ponamus ꝙ in terminis illius. l. non interuenit autoritas
superioris, sed solum cõmunis error: exemplum dicit ipse in eo
qui se diu per tabellione & notario gessit cum non esset, an va-
leant instrumenta. & concludit ꝙ non. & ita dicit tenere azo. in
auẽ. de fide instr. & Guil. de Cu. per. d. l. actuarios. Et respon-
det ad. l. j. C. de testa. q̃ ibi loquitur in officio testes, in quo nõ
reperitur decretum superioris, secus est in actu creandi tabel-
liones vel concedendi potestatem legitimandi. capitu. pro ta-
bellio. cum ibi no. per Inno. de fi. instru. & in auẽ. qui. mo. nat.
effi. sui. §. fi. cum gl. & not. etiã Bar. in. d. l. Herennius. & ibi opti-
mus tex. ff. de acc. ¶ Ad idem quod no. Bal. in. l. ij. C. de sen.
in ver. modo quero hec lex. vbi querit: quid si communis error
est circa personam delegantis, vt quia est communis opi. ꝙ il-
le qui delegauit causam sit magistratus tamen reuera non est
respondit ꝙ si quidam delegans habet titulum a superiore, va
let si est in quasi possessione. d. l. Barbarius. ad similitudinem
possessoris, qui lucraẽ fructus consumptos propter titulũ: sed
si delegãs nullũ h3 titulũ, vt qꝛ nunquã fuit electus error cõis
nullã dat sibi ptãtẽ. allegat. d. l. actuarios. & not. per Inn. in. d.
c. nihil. ¶ Et idẽ facit id qđ no. ipse idẽ Bal. in. d. l. ij. C. de sen.

¶ Nõ obstante. j. consi. lxxx. col. j. li. ij. Anch. consi. ccxij. Cor. consi. xxiij. col. v. li. iiij. Bertran. consil. lxxj. ex tenore co- lum. j. libro. iij. sed quod. s. dixi ve- rius est. adde de- ci. tholo. cccxxxj. Alcia. tract. pre- sum. regu. iij. pre- sum. xiiij. nu. xx.

9 in ver. modo dixit Ia. But. &c. vbi querit† an valeant gesta a quibusdã auditoribus dñi legati, si nõ apparet de legatione & erant in quasi possessione delegationis, & cõcludit q si exercuerunt iurisdictionẽ vt tales sciente ordinario: & presumit̃ delegationẽ precessisse arg. l. j. §. magistrũ. ff. de exercito aut nõ constat de scientia, & tunc debet processus irritus iudicari non obstante errore cõmuni vt no. Bar. copiose in l. cũ in iure. de offi. dele. nec ſm eũ valet arg. de quasi possessione. nõ hz locũ quando cõstat de mandato. sed dubiũ est de qualitate mandatarij. secus si nõ cõstat de mandato allegat. l. qui hominẽ. §. si nullo. ff. de sol. item qz ſz eũ ar. de quasi possessione hz locũ in his, qui aliquid faciũt tãquã suo iure faciẽtes: nã si alieno, non lucrant̃ vsuz: qz nõ pro suo faciũt. sed ita est in proposito q de cõsensu, & patientia imperatoris non constat q dictus assertus comes exercuerit, & gesserit se pro comite & pro habente potestatẽ legitimandi ab imperatore, qui cum residẽtiam faciat in partibus remotis presumitur ignorasse. c. quosdam. & c. quanto. de presum. c. pe. de consti. in. vj. l. si. ff. pro socio. ergo &c. ¶ Nec ab his distat Bald. in. l. j. C. de testa. in. vj. q. vbi querit an illa. l. locum habeat in tabellione putatiuo, puta, vt eius instrumenta inter ignorãtes confecta, valeant: ac si esset iustus tabellio, & arguit ad partes, tandem decidit q non valeant instrumenta per. d. l. decernimus. & per illa plura. & quia talis quasi possessio nihil potest operari: quia iniusta & clandestina, & non bona fide, que nihil operatur in his que iuris sunt alle. no. per Inn. in. c. nihil. de elec. & ita dicit tenere Azo. in sum. autenti. in fi. de fi. instru. & respondet ad. d. l. Barb. qd ibi interuenit decretum superioris q validat factum a non legitima persona. l. j. §. idem Pompo. ff. qd fal. tu. ack. & l. si infanti. in fi. C. de iu. vel secus dicit si fuisset creatus & commissum delictum propter qd esset deponendus: qz interim gesta valebãt: alleg. no. per Inn. in. c. qualiter. el. ij. in fi. de acc. ¶ Idem tenuit Bal. in. d. l. Barba. vbi inquit q. l. Barb. nõ hz locũ vbi nõ precessisset ele. solennis. & ideo infert ipse ibi in. xj. col. qd si quis tãquã tabellio cõficit lon. tẽp. instrumẽta, postea apparet q nõ est tabellio, qz creatus fuit a nõ habente ptãtẽ, certe ſm eũ gesta ab eo sunt nulla secus dicit si precessisset electio assentit his etiam Bal. in. l. ij. in vlt. col. C. de
10 serui. & aqua. in ver. nũc quero de octauo pũcto. vbi querit† an sit obediendũ nõ iusto prelato, qui est in pacifica possessione officij sui: & an possit exercere iurisdic. suã, in rebelles. arguit primo q sic per. l. Barb. sed cõtrariũ tenet qd in. l. Barba. cõcurrebãt tria. s. superioris autoritas, & cõmunis error, & publica vtilitas. subdit tamen q etiã in certo casu procedere posset, etiã si nõ adesset superioris autoritas vt si priuat⁹ vel notarius post electionẽ cõmisisset delictũ per qd veniat exautorandus. & per superiorẽ esset exautoratus. nam tũc gesta per tales cõcurrẽte cõi errore & pu. autoritate valerent. alleg. no. per gl. in. §. pen. in auf. de tabel. & quod not. in. l. & si pluribus. ff. de auf. tu. ¶ Et idem dicit Io. And. in regula mora. in merc. vbi dicit q gesta ab aliquo, qui primo nõ habuit ti. nõ valẽt. c. ex frequẽtibus. de insti. c. j. de re. iur. in. vj. secus in gestis ab eo, qui a prin. habuit ti. & superioris autoritatem. nam licet postea incidat in penam priuationis, nõ patẽter valent gesta ab eo quãdiu tolerentur. qz iuste possidet qui autore pretore possidet. l. iuste. de acq. pos. & maxime cum priuari nõ possit quasi possessione nisi causa cognita. c. lz eps. de prebẽ. in. vj. ¶ Cõsonat istis decisio Ant. de Bu. in. c. cõsultationibus. de iure patro. & in repe. in. xxiiij. col. in ver. venio ad ſm, videlicet quãdo datur &c. vbi querit an data inhabilitate promoti ex vitio forme, valeant gesta ab eo. vbi dicit quod si sunt officia, que vnico actu expediuntur, vt actus electionis, vel collectionis, nulla expectata cõfirmatione, non valebunt gesta: quia iste est intrusus, & nullum habet colorem tenendi vel possidendi. etiam sola possessio velut iniusta vel incolorata non parit aliquam validitatem in exercitio officij velut in fructu: imo inanis & sterilis est alleg. no. per Inn. in. d. c. nihil. & no. per Gul. Bar. & Bald. in. d. l. Barba. & ideo dicit omnes cõmuniter tenere quod etiam si aliquis communi opinione gerit se pro notario, cum nõ esset, per hoc non imprimetur ipsum exercitiũ notariatus. & ibi refert ac approbat dicta Guli. de Cu. in. d. l. Barba. & respondet ad. l. j. C. de testamen. quia ibi in actu illo requirebatur decretum superioris: quia sola natura facit quem habilem ad testificandũ. ¶ Ad hoc ipsemet Ant. de Bu. in. d. c. consultationibus. in. xxij. col. ver. & per hoc infertur ad tertiã. etiam ibi dicit qd qñ quis est inhabilis ad officium, nõ tamen tali defectu qui excludit capacitatẽ possessionis illius officij, tũc validitas gestorũ surgit a quasi possessione officij iuncta autoritate superioris per dictum. c. cõsultationibus. lib. vj. in nouel. Transit cum superiori consi. & Io. de Imo. l. ad testamentũ. §. conditionẽ. in fi. ff. de testa. ibi secutus Io. An. in Spe. in ti. de instr. edit. §. restat. & in dicta addi. inci. ad intellectum &c. concludit qd instrumẽta facta ab eo, qui cõmuni opi. reputabat̃ tabellio, erat in quasi possessione non valeãt nisi de potestate concessa a superiore appareat. ¶ Et per predicta apparet hanc esse magis cõem opi. a qua in iudicando nõ est recedẽdũ: vt habet̃ in loc. vul. ¶ Ex quibus etiã apparet euidẽs ratio ad alleg. in cõtrariũ: tamẽ spãliter respondẽdo ad id qd dicebat Bar. tenere contrariũ in. d. l. Barb. in fin. respõdeo q illã. l. vere nõ legit Bar. ſm qd in pluribus lec. habet̃. & accepi a plerisq autẽticis iurecõ. qz in primo lib. fforum. plurima scripta sunt in lec. Bar. que vere scripta nõ fuerũt ab eo: vt colligit̃ ex stylo. & etiam ex eo qd ibi discrepat ex his que alibi Bar. tz vt in proposito vides ex his, que scripsit Bart. in d. l. actuarios. ¶ Non ob. qd no. Dy. in. c. j. de reg. iur. in. vj. in ix. col. que sunt: quia intelligo ſm iura, que alleg. qz si loquimur in actibus vel officijs, in quibus requirit̃ decretũ superioris intelligã qd tamẽ illud intercessit ſm. d. l. Barb. quã ipse allegat. secus vbi non requirit̃ decretũ, vt in actu testificãdi: qz cõis error sufficit. d. l. j. C. de testa. ¶ Nec etiã ob. qd no. Io. An. in regula mora. in mercu. de Cano. qui veniebãt priuandi: & tamẽ si tollerati sunt, valẽt gesta ab eis: qz respõdeo etiã q ideo est: qz a prin. habuerũt tit. cum autoritate superioris & cum possessione. vnde dato etiam q essent proprietati priuati, non sequitur q essent possessione priuati, ca. licet episcopus. de preben. in. vj. vnde antequã priuetur iuste tenet & valet quod agit: qz colorẽ habet tenendi ex autoritate: qz in prin. possessionẽ apprehendit. ita declarat Ant. de But. in. d. repe. c. consultationibus. in pen. char. & Bal. in. l. j. C. de testa. & d. l. Barb. & per eundem in omnibus fere lo. s. alleg. ¶ Ad text. §. pe. in auf. de ta. responsum est. s. ſm And. de pi. Gul. de Cu. & alios. ideo non repeto. ¶ Ad no. per Inn. in. c. j. de fi. instru. cum cõcor. respondeo qd cõis opi. est in contrariũ: vt recitaui. s. & clare respondet Ant. de But. in. d. c. & probat̃ ex iuribus & rõnibus. s. alleg. nã & idẽ Inn. loquit̃ sub dubio forte: nec dictũ eius iure ꝓbat̃. ¶ Nõ ob. qd no. Bal. in. l. nõ ignorat. C. qui acc. qz respondeo q dato qd illud verũ sit, tñ Bal. loquit̃ qñ comes Palatinus erat
11 in quasi possessione legitimãdi spurios: † sed ita est, quod talis quasi possessio nõ potest acquiri, nisi appareat de scientia & patientia imperatoris. d. l. j. & ij. vbi hoc no. Bar. & Bal. C. de serui. & no. Inn. in. c. ij. de resti. in integ. cũ concor. alle. s. & scientia imperatoris non presumitur: vt dictum est. preterea Bal. in. l. nõ ignorat. fundat se p. l. Barba. ergo debet intelligi ſm quã alleg. vt dixi. Bar. in. l. nõ solũ. §. liberationis ꝯbo. de lib. leg. sed ita qd. l. Barba. loquit̃ qñ intercessit decretum superioris. ergo modo debet intelligi decisio Bal. ¶ Fortificantur predicta: quia paria sunt nõ esse in possessione, vel esse & nõ bona fide. l. fi. C. vnde vi. no. Bal. in. d. l. j. C. de testa. & Ant. de butr. in. d. ca. nihil. vbi dicunt quod non releuat quem esse in quasi possessione, si non haberet autoritatem superioris: quia cẽsetur in malefi. ad hoc est text. in. d. c. cum ibi. per doct. de schis. ¶ Ad no. per gloss. in. §. pen. in auf. de tabel. respondeo vt. s. respondi ad ea que no. Ioan. and. in regula mora. Successiue dato q. d. comes habuisset potestatem legitimandi, tamẽ legitimationẽ. d. Nico. viribus carere necesse est, q erat opportunum narrare, q Nico. esset natus nõ solum ex patre coniugato: sed etiam ex matre ꝯiugata. hoc primo reperio tenuisse Oldra. consulendo in consilio. cclvij. incipiẽ. factum tale est: quidam rex ad supplicationem cuiusdã nobilis &c. de quo vide. s. in consilio nobilis vir Filonius &c. vsq ad ver. ex alio ẽt
12 capite &c. & i ver. ex his remanet firma cõclusio. ¶ † Quo ad aliud dubium quo queritur: An. do. Nico. veniat priuandus hereditate Ioan. ex eo quod venit contra dispositionẽ testatoris pretermissis argumentis ad parte breuitatis causa, respondeo q sic, stãte expressa dispositione testatoris, q ad hoc disponere potuit. l. j. C. de his que pen. no. & insti. & legat. §. j. et fi. & in. l. multa. in prin. ff. de condi. & demon. & declarat Bart. in. l. pater. ff. de hered. instit. l. vxorem. & l. in vxorẽ. de his vbi bona lrã. ff. de lega. iij. & Bald. in auten. qui relictum. in. ij. col. C. de indi. vidu. & in. d. l. j. in. xij. col. C. de his que pen. & Petr. de ancharano in capi. si heredes. de testa. attento qd presupponitur domi. Nico. scienter petijsse condẽnari do. Agnetem institutam in tertia parte bonorum mobilium & immobilium: & ad restituendũ oia per eum possessa: non fundans se ex vltimo dicto testamento, in quo dicta Agnes est pro parte instituta: sed ex alio priori testamẽto, & virtute cuiusdã cessiõis facte a quadam muliere instituta vniuersaliter in. d. j. testamento. & hoc maxime qz licuit dicte Agneti institute in re certa, seu quota bonorũ propria autoritate apprehendere relictum sibi factũ ſm opi. Bar. & communẽ in. l. ex facto proponebat̃. ff. de here. insti. & dicitur cõtrauenisse Nico. mouẽdo iudicẽ ad infringendũ voluntatẽ defuncti. l. si quis maior. C. de trãsac.

& plene

⁊ plene in.l.amplius.per Barto.ff. rem ratam ha. ⁊ docto.in
13 cap.si diligenti.de prescri. ¶ †Et ex predictis infero ad aliud dubiũ, cui applicetur hereditas in qua priuatur Nico. ⁊ dico ꝙ cum testator prouiderit quod si heres contrauenerit, priuaretur hereditate, ⁊ etiam legatarius careret legato. ⁊ detur pro anima testatoris ad prouisionem.d. Nico. quod dicta portio deficiens per priuationem debet applicari Agneti coheredi, velsaltem successiue ab intestato.d. testator. nam clausula illa in fin.apposita debeat regulariter referri ad omnia precedentia,etiam tam hereditatem quam ad legata.l. talis scriptura. ff.de leg.j.c.olim.de rescri.⁊ in capi.ij.requiris.de appel.tamen fallit quando ratio suadet quod potius referatur ad proxima quam ad omnia precedentia.l.j.C.de libe.prete.⁊.l.j.§.eum.ff. de postu.l.sed si pretorem.§.deinde.ff.quib.ex cau.ma.cap.cũ dilecti.de dona.⁊ no.in.l.si idem cum eo.§.fi.ff.de iurisd.om.iudi.⁊ per.d.l.talis.cũ si. ¶ Sed ita est quod ratio suadet, quod ista clausula,quod detur pro anima testatoris ad prouisionem Nico.referatur ad proxime dicta.⁊ non ad heredes vniuersaliter institutos:quia non est verosimile quod eo casu,quo testator voluit priuare heredem,ex eo quia veniret contra voluntatem testatoris,quod voluerit testator amplius confidere de eodem herede:vt ipse exequatur dispositionem testatoris: quia non obseruans voluntatem defuncti,presumitur odiosus ipsi testatori: adeo quod priuatur omni commodo: vt in auten.
14 hoc amplias.C.de fideic.†sed dispositio testatoris semper debet interpretari,vt non comprehendat sibi odiosas.l. lucius titius testamento.§.pen.de lega.ij.facit tex.in capi. heredes. de testa.Ergo sequitur quod quo ad hereditatem in qua institutus est Nico.sumus in casu in quo non est prouisum cui debeat applicari.in quo Bar.Bal.⁊ Ang.in.l.j.ff.de heredi.in sti.⁊ Bar.in.l.vxorem.§.heres.de leg.iij.⁊ per Bal.in.l.j.in.xij. col.C.de his que pen.nomi.⁊ in auten. cui relictum.C. de indic.vidui.⁊ Pet.de Ancha.⁊ Jo.de Imol.in.d.c.si heredes. post Ja.de Bel.in auf.de nup.§.que vero,alias incip. heres. formantes questi.sub his terminis.Testator legauit vxori alimenta,⁊ iussit quod si heres molestaret eam, perderet hereditatẽ,nec prouidit cui deberet applicari, heres molestauit queritur an debeat vxori applicari testatoris, vel cui: ⁊ decidunt quod debeat applicari substituto,si extat:⁊ eo non extante applicetur coheredi.vel non extante coherede,applicetur venientibus ab intestato.d.l. vxorem.§. heres.in auf. de nup.⁊.d.§. heres. ¶ Sed sic est quod.d.Agnes est coheres vel saltẽ successura ab intestato.d. eius patri. ergo sibi debet applicari ⁊ magis priuilegia est causa filiorum, quam pie cause: ⁊ magis presumit a testatore affectata.vt.l.cum acutissimi.C.de fideic. iunctis ibi no.per Richar.malũ.⁊ Bal.in ver.quero quid si testator post mortẽ eius.ergo nõ est absonũ.d. dominã Agnetẽ
15 admitti. ¶ †Quo ad vltimũ dubiũ constat ꝙ.d. Agnes, que est instituta in tertia parte bonorum mobilium ⁊ immobilium, non tenetur ad onera hereditaria.l.si.ff.de vsufr.le.⁊ ibi hoc in specie decidit Bar.in ver.sed quero testator reliquit alicui partem bonorum Alex.de Imo.iuris vtriusque doctor cõsuluit.

Summarium.

1 ☞ Legitimatus potest succedere contra testamentum.
2 Ratificatio cognatorum ex postfacto sufficit.

Consilium. CXXXIX.

Eleganter fuit consultũ per superiores excellentissimos dominos consulentes, in quorum sententiã cõcurrens. ¶ Concludo primo quod.d.Thomasina potuit institui ab auia paterna, stante legitimatione facta ad supplicationem dicte auie: sine qua legitimatione non potuisset succedere.d. auie paterne. si erat nata ex stupro seu ex coitu accusabili,sicut nec filius matri.vt cõcludit Cy.⁊ alij sequunt in.l.fi.C.de na.lib. ⁊ bene probatur in autẽ. qui.mod. na.effi.sui.§.fi.in ver.a parentibus. iuncta.l. iuriscon.§. parentes.ff.de gradi.⁊ per id quod not. in.l.si suspecta.§.j. cum si.ff. de inoffic.testa. ¶ Secundo concludo, ꝙ heres.d. dñe Thomasine poterit deducere legitimam sicut si esset filia legitima ⁊ naturalis iuxta.l.quoniam in priori.C. de inoffici.testa. nam licet.d.legitima, ⁊ quelibet quarta que defalcatur de fideicõ. vniuersali vel particulari dicitur in dubio detrahi contra voluntatem testatoris.l.titi.ad.l.fal. facit quod not. Barto.in.l. siue.§.si ex duobus.in secundo not.per istum tex.ff.de iurepa-

1 tro.Et fiat questio†an legitimatus possit succedere contra testamentum vel contra mentem testantis sicut potest ex testamento,vel intestato:tamẽ cõmunis cõclusio est,qꝺ possit sicut dicimus in filio arrogato.l.filio quem pater.in fi.⁊.l.filius a patre.§.j.de libe.⁊ posthumis.⁊ sic monasterium,in quo quis ingressus est, potest succedere etiam contra voluntatem ingredientis, per not. in auten.si qua mulier.C. de sa.san.eccle.⁊ in auf.de mo.§.illud.⁊ ita in legitimato concludit Ja.de Bel.in auf.qui.mo.na.effi.sui.§.⁊ quoniam.in fi.⁊ in disput.quam ipse ibi ponit post illuꝫ.§.⁊ incipit.pater habens filium:⁊ ita etiam Ant.de Bu.in cap.ꝑ venerabilem.circa antepenul.char qui fil.sint leg.⁊ Sal.in auf.item si quis ita.C.nat. libe. ⁊ late probat Pet.de Anc.consi.ccxc.inci.in successione ab intesta.⁊c.⁊ Pau.de Cast.consi.xxx.inci.super puncto isto plura subtiliter. lib.j. tertio concludo quod si do.Thomasina adiuit hereditatem.d.testatricis,confecto inuentario posset detrahere neduꝫ legitimam:sed etiam falsi.de leg.pro rebus relictis ad nõ pias causas: quia legata in dubio intelliguntur relicta ab herede, non a fideicom.vniuersali.⁊ sic ex persona heredis venit detrahenda falcidia,quando heres sponte adiuit.hec probantur in l.Marcellus.in prin.⁊ quod ibi notat Bar.in.ij.col.ff. ad treb. ⁊ in.l.facta.§.si cum suspecta.eo.tit.⁊ no.in.l.j.§.denique.eo.titu.⁊ clare Sal.in.l.fi.C.ad trebel. ¶ Et hoc retenta communi conclusione,que habet quod quando grauamen est iniunctuꝫ filio sub conditione, posset detrahi vltra legitimam alia quarta:vt plene not.in.d.l.quanquam.C.ad.l.falc.⁊ in.l.in ratione. §.quod vel.cum simi.ff.eo.titu. ¶ Sed si non confecit inuentarium,non est tractandum de fal.§.si vero non fecerit.in auf.de here.⁊ fal.licet non per hoc perdatur legitima ꝭm magis communes conclusiones:vt no.gl.⁊ doct.in auf. hoc amplius.C. de fideicommis.⁊ in.d.§.si vero non fecerit.in.l.fi.§.pe.C.de iure delib.⁊ no.etiam doc.in auf.sed cum testator.cum si.C.ad.l. fal. ¶ Quarto cõcludo ꝙ si dicta Thomasina fuisset legitimata quo ad cognatos omnes.nedum quo ad dictam auiam ⁊ talis legitimatio processerit de consensu matris.d.Thomasine res esset expedita quod mater.d.Thomasine debet succedere ipsi Thomasine. ¶ Sed si fuit legitimata absqꝫ consensu ma-tris ipsius Thomasine:tunc dubiũ facit illud qꝺ decidit Jac.
2 de Bel.in.d.§.⁊ quoniam.vbi voluit† qꝺ princeps per suã le-
a gitimationem non potuit [a] legitimatũ facere legitimũ,quo ad eius cognatos:q꞉ non consenserũt illi legitimationi : quia sequeretur qꝺ princeps faceret eum legitimum successorem dictorũ cognatorum, nõ contentorũ de hoc.⁊ ad hoc allegat.l. cõmuniũ.C.de natu.lib.⁊.§.generaliter.in auten.q mod.nat. effi.sui.⁊ quia.d.Thomasina nõ intelligitur effecta legitima ad succedendum filie nate ex coitu accusabili:vt nota.in.l. in sua.C.de leg.he.⁊ Host.in.c.sua.de succes.ab intesta.§.fi.versi. quid si pater sit.⁊ Bart.in.l.fi.in.j.col.in versi.quero qd econtra:an parẽtes succedãt istis spurijs.ff.de his, qui.vt indign. ⁊ in.l.j.in fi.in princ.ff.de contra tab.⁊ Bald.in auf.licet.C.de na.li.per illũ text.in ver.pater.⁊ Bal.in.l.gallus.§.j.de libe.⁊ posthumis,⁊ not.bene facit.§.filiũ.in auf.qui.mod.nat.ef. sui. ¶ Item facit quia natura successiõis est,vt illa sit reciproca, ⁊ non succedatur illi q mihi succederet.l.lege.xij.tabu.de legi. here. ¶ Tamen hoc non obst.puto, ꝙ etiã, ꝙuis non appareat ꝙ mater Thomasine tempore legitimationis consenserit illi legitimationi: attamẽ possit ei succedere, postꝙ in legitimatione sit facta mẽtio qꝺ sit legitimata, etiam quo ad successionem cognatorũ:⁊ est restituta antiquis naturalibus, ac si legitimo matrimonio nata fuisset.⁊ ita tenet Joan.andr.in addi.Spec.in tit.de suc.ab intest.§.fi. in pe.col. per plures eũ gẽtes,⁊ sequit Ant.de but.in.d.c.ꝑ venerabilẽ. circa antepe. char.q꞉ papa ad comprimendos illicitos coitus.abstulit istis illegitime natis ius pmeuũ:nõne ergo reintegrando illos põt illud eis restituere.§.oportet.i auf.q.mo.na.effi.sui. ¶ Et ita etiã.voluit Dy.in tit.de succes.ab intes. vbi dicit ꝙ speciale est in legitimato per oblationem curie: vt non efficiat legitimus nisi patri:vt in.d.§.filius.⁊ hoc ibi sensit Ange.in fi.principalis qõnis.⁊ Pau.de cast.in consi.xxxiiij.lib.ij.incip.super primo dubio videt dicẽdum ⁊c.in.iiij.colũ. ¶ Et sic videtur esse magis cõis opi.licet Salyce.in.d. auf.transeat simpliciter cũ opi.Jac.de bel. ¶ Et cõfirmo in proposito nostro cõem opi. q꞉ dato, ꝙ quo ad aliũ ꝙ quo ad legitimatũ vel legitimatẽm nõ operet regulariter legitimatio:tamen bene operat quo ad eũ,q legitimationem ex post facto ratificat:vt probat in.d.§. gñaliter.ergo mater Thomasine põt.d. legitimationẽ ratificare. ¶ Et non impedit ratificatio legitimationis, etiã si fiat post mortẽ ei⁹,de cuius facto ⁊ hereditate agit:vt filr decidit Angel.in.q.sua inci.nobilis quidã genere.in.iij.⁊.iiij.colũ.vbi dicit ꝙ si pater fecerit filium legitimare satis est,ꝙ filius post

a ¶ Nõ potuit.imo vt dixi in cõsu.pa risi.§. viij.gl.j.nu. xl.§.cxxij.⁊ si sint veri ⁊ soli naturales matre premortua non requiruntur alie clausule & rogatorie.§. relig. qb.mod.nat.effi. sui.col.vij.

mortem patris: de cuius hereditate & facto agitur, ratificet. probat ipse per. d. auf. C. de na. lib. & respondet ad. d. l. bonorũ. ff. rem ra. ha. ¶ Et ad alia que in contrariũ adduci possent: vt ibi per eum plene: qđ breuitatis causa nõ refero cum cõmode & cõmuniter habentur. ¶ Plus dicit Pau. de Ca. in. d. cons. xxxiiij. ꝙ illud quod dicitur in. d. §. fin. in auf. qui. mod. na. effi. sui. ꝙ filius matris ex damnato, aut incestuoso, aut nephario coitu natus repellitur ab omni beneficio & successione parentis: per quem gl. & doct. in. l. si qua illustris. C. ad orfi. dicunt, ꝙ licet filius spurius regulariter succedat matri non illustri, & pari ratione mater filio: vt dixi. s. allegando Azo. in sum. C. de legi. here. cum simi. & tamen nõ succederet, si esset natus spurius ex coitu damnato qui posset accusari per dictum. §. fi. sed soluz quando non esset accusabilis: vt quia vulgo conceptus esset procederet enim fm Pau. de Ca. in dicto consilio. illud quod habetur in. d. §. fi. quando ille, qui erat coniugatus, duxisset in vxorem etiam istam secundam mulierem: scilicet matrẽ Thomasine in casu nostro: quia incidisset in. l. Jul. de adulte. C. de adul. l. eum qui duas. vel habuisset filium ex muliere alteri coniugate. secus si coniugatus istam mulierẽ, scilicet matrẽ Thomasine, non duxisset tanquam vxorem: sed cum ea habuisset simplicem fornicationem, per quam non incidit in crimen. l. Jul. de adul. ¶ Nec veniebat inde puniendus de iure ciuili cũ de voluntate facta fuit cum ipsa muliere, que erat extranea, & non erat coniugata. allegat no. in. d. l. penul. C. de adul. vnde talis filia non dicitur nata ex illis nephariis incestis, aut damnatis nup. de quibus loquitur text. in. d. §. fi. & istud idem velle videtur Sal. in. l. si qua illustris. preallegat. per no. in. d. l. j. C. de adul. & per id quod habetur ibi & in. §. j. illius. l. ¶ Et sic posito ꝙ etiam legitimatus non sortiretur effectum inter Thomasinam & matrem eius, tamen adhuc. d. mater eius posset ei succedere stante etiam hoc fundamento sequeretur etiam quod sine illa legitimatione. d. Thomasina potuit institui ab auia paterna: & potuit succedere matri sue, etiam si non fuit natus ex legitimo matrimonio dummodo non esset natus ex dictis illegitimis & damnatis nuptiis, ita vt nep. nata ex dicta filia vt no. Cyn. in. d. l. fin. C. de nat. lib. tamen hoc vltimum fundamentum non pono pro constanti, nec etiam necessarium stantibus supradictis. Ex quibus concluditur. d. matrem Thomasine ei succedere. & d. legitimam deducere posse. Alexã. de Imol. iuris vtriusque doctor consuluit.

Summarium.

1 ☞ Relinquo, verbum, ad vniuersitatem relatum trahitur ad restitutionem.
2 Tutoris datio in minus solẽni voluntate valet vt confirmet.
3 Error in testamento per duos testes probatur.
5 Mater post tempus vel contra voluntatem patris non admittitur ad tutelam.
7 Administratio vni tutorum non dz decerni, aliis non vocatis.
8 Mater suspecta remoueri debet vel alij adiungi.
9 Legitima etiam in ascendentibus aucta est.

Consilium. CXL.



Super testamẽto ser Nicolai ser Joãnis Fortesij: & dubiis de quibus in themate breuiter respondendo dico. ¶ Et in primis super primo dubio, quo queritur de validitate. d. testamenti, ꝙ dicunt testamẽtũ esse validũ. nõ enim refert qbus verbis aut legitimis aut naturalibus, an vulgaribus conditũ testm̃. l. hac cõsultissima. §. fi. C. de testamẽtis. l. qui restituere. §. fin. ad treb. ergo habes. s. institutionẽ filiorũ masculorũ, vt ptz ex illis verbis testamenti dũ in scriptura dz esse, & se per caso fusse che ella partorisse figlioli fiano heredi cuz Fortisio mio figliolo, & sic apparet filios institutos fuisse heredes. l. põt qs. ff. de vulga. & pu. & ibi no. l. j. de here. insti. & de institutione etiã ptz per illa dũ testator dicit: item lasso el resto de. d. mei beni. & il residuario a Fortisio
1 mio figliolo &c. † nã illud verbũ, relinquo, relatũ ad vniuersitatem bonorũ trahit ad institutionẽ: vt tradit in. §. si vero nulla. in auf. de hered. & fal. & in. l. his verbis. in princ. de hered. insti. ¶ Et licet testator subiungat hec verba vcz sub hac cõditione: che fino a letade de anni. xx. non ce sia consignato questo mio residuo: ma habia solamente per mei cõmissarij victo & vestito &c. hoc non hz vitiare testm̃. d. l. qm̃ in prioribus. & l. sanci-mus. §. cum autem. C. de inoffi. test. plene no. in. l. si pater. C. de inst. & substi. ¶ Circa fm dubiũ quo querit an posito ꝙ saltem per duos testes probaret quo tpe rogatus testator non solum dicit ꝙ relinquebat. d. fratres Fran. & Cesarem commissarios & executores, sed etiam dicit quod relinquebat eos tutores. d. Fortesij filij sui seu filiorũ suorũ: dico per hec verba probationem esse sufficientẽ ad excludendum a tutela matrem. d. Forte-
2 sij. ¶ Ad quod ostendendũ presuppono † ꝙ tutor relictus a patre in testamento nuncupatiuo facto coram duobus testibus iuxta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. cum ibi no. debeat a iudice cõfirmari. l. tutor. & l. si pater. ff. de testa. tu. fm magis cõem opi. licet glo. in. d. §. ex imperfecto. & in. l. ij. C. de cõfir. tu. fortius teneat volens, qđ datio tutorũ facta liberis a patre in testõ nõ valet: adeo ꝙ nõ sit necessaria confirmatio: sed retenta opi. que est cõis, scz ꝙ valeat saltẽ, quãtũ ad hoc vt debeat cõfirmari: dico ꝙ hoc sufficit in proposito. ¶ Nã ad demonstrandũ errorẽ in testõ, interuenisse sufficiunt illi testes, qui essent necessarij ad dispositionẽ ipsam testamenti: vt est gl. no. & ibi no. do. in. l. cũ proponeret. de le. ij. & no. doc. in. l. errorẽ. C. de te. ¶ Quinimo fortius Ja. de Ra. & Cy. ibi volũt absolu-
3 te † qđ ad probandũ errorẽ in testõ sufficiãt duo testes, sz posito ꝙ requirant tot, quot requirunt ad cõfectionẽ ipsius testi: vt tenẽt alij doc. in. d. l. errorẽ. & Ang. in. l. quoties. in prin. ff. de her. insti. ad hoc ibi tenent, ꝙ cũ ita sit, ꝙ testm̃ imperfectũ ratione solẽnitatis inter liberos corã duobus testibus valeat inter ipsos liberos, quo ad oẽs effectus: quo autẽ ad extraneam personã, & ad tutorẽ datũ in testamento: fallit quo ad hoc. vt debeat tutor a iudice cõfirmari: vt probat in. l. qui a patre. iuncto. d. §. ex imperfecto. cum ibi not. per gl. & in auf. qđ sine. C. de testa. & in l. fi. C. famil. ercis. ergo sicut duo testes sufficerẽt ad testamẽtũ, quãtũ ad hoc vt valeat ad effectũ cõfirmandi tutorẽ: in tali testamento debent ita etiam sufficere duo testes ad probanduz errorem. d. testamenti, quo ad effectum confirmandi tutorem.
4 ¶ † Secundo presuppono, ꝙ tutor datus in testamento minus solenni, tamẽ cõfirmatus a iudice prefertur datiuo tutori sicut prefertur testamentarius fm communem opin. vt tenuit Bar. in. l. neqz. per illum tex. C. de confir. tu. vbi refert Sal. ita etiã tenuisse Bar. l. j. in prin. ff. de pe. in rubr. ff. de eo per quem factum erit. & Cy. Bar. & alij in. l. ij. C. de confir. tu. & in. l. ij. ff. de sta. ho. & Pet. de Anch. in cle. ij. de sta. mo. & Jo. And. in addi. Spe. in tit. de tut. §. nunc dicendũ. in addi. mag. & quia vt dicit Bar. in. d. l. & neqz. ita est cõis opi. a qua in iudicando non est recedendum: vt tractatur in locis vulgaribus: ideo super hoc non est opus in superuacuis rõnibus in. ll. insistere. vnde Bar. in auf. vt liceat matri aut auie. in verbo ad fi. in ver. quero quid si datur tutor matre ignorante &c. dixit ꝙ tutor confirmatus excludat matrem, sicut tutor legitime datus in testamento: videtur ergo matrem esse excludendam. & ita ibi etiam Spec. & Bal. in. d. §. nunc dicendum. in ver. item absistit. ¶ Et per hoc apparet non obstare statutum rub. de tut. dandis. nam statutum vult ꝙ non obstante tutore testamentario legitimus tutor seu mater admittatur fm formam ibi tradi tam: qr dico ꝙ potest ius cõmune disponere, ꝙ soli tutores testamentarij preferant: vt dicit tex. in. d. auf. vt matri, & auie. & tamen videmus ꝙ tutor datus in testamento non solenni, & cõfirmatus prefertur matri: qr iudicatur testamentarius: vt habet in dictis locis: & statutum dz interpretari, vt quãto minus semper poterit ledat ius cõe. l. ij. C. de noxa. c. cũ dilectus. de consu. & no. in. l. fi.
5 §. in cõputatione. C. de iure delibe. ¶ † Aliud etiã videtur excludere matrẽ: quia ex forma statuti sub rubri. de tut. dandis pupillis teneatur infra duos menses computandos a tẽpore mortis patris pupilli si mortuus fuerit in ciuitate for. tutelam sibi declarata macceptare, & petere se confirmari. ideo cum nõ fecerit, videtur exclusa cum ipsa sit persona cui defertur tutela. ita demum si vult ipsa eam assumere: non enim cogitur: vt in auf. matri & auie. in verbo permittitur. & ibi no. gl. & do. ¶ Unde succedit illud qđ habet in auf. presbyteros. C. de epi. & cre. qđ ille persone quibus statuit tẽpus ad sumendum tutelam, qñ voluntarie vocantur ad tutela intra certũ tẽpus: si intra illud tempus nõ agnouerint tutelam, excluduntur. ¶ Et ideo dicebat ibi Sali. illud etiam bene notandum pro matre: vt si intra quatuor menses non declarauit coram iudice se velle agnoscere tutelam, postea non admittitur: & licet ista decisio Sal. in terminis iuris cõis videat periculosa in matre, cui non reperitur de iure cõmuni prefixus terminus ad tutelam, nisi quo ad hoc vt priuetur successione pupilli: vt doc. nostri dicunt per id quod habetur in. l. sciant. C. de legi. hered. & in. l. ij. ff. qui pe. tuto. vnde omni stante dispositione predicti statuti: videtur qđ stare possit illa decisio in matre: quia est eadem ratio que est in
6 casu. d. auf. presbyteros. ¶ † Alia insuper rõne dico matrem nullo modo

nullo modo admittendam: quia mater contra voluntatē patris nō admittitur ad tutelam: vt in.d.§.ex his.in fi.in auk.de here.ab inte.vnde sumpta est auk.matri aut auie.ibi,dum tex. dicit: defuncti nāq; volētis ꝛ electioni preponi volumus.duo ergo sunt que habent obstare matri.s.ꝛ voluntas testatoris ꝛ electio,sed cōstat hoc casu qđ testatoris voluntas refragat: qꝛ in testō dicit: Item lasso che la dicta aufiaxe non possa,ne habia ad habitare,ne stare cum mei figlioli in casa e questo ꝑ nō esser ꝑsona da gouernare altrui ꝛc.vnde in hac materia tutelari dicunt iura iudicium patris preferendū.l.fi. ff.de cur.furt.
7 ¶ † Ex quo infert predicta decisio tertij dubij, in quo queritur,an posito quo patri frater Fran.ꝛ Cesar sciuissent regulā tutoris in testamento poterit dicta tutrix petere se confirmari tutricē ꝛ alio modo etiam deficiunt ea que gesta sunt a matre quia cū prius essent decreti alij tutores, ꝛ data licentia administrandi confecto inuentario non potuit iudex,nō citatis dictis tutorib⁹,administrationē decernere dicte mulieri: vt not. Bar.in.l.legitimos.in prin.in versi.queritur an quando istud decretū ꝛc.ff.de legi.tuto.ꝛ Pet.de anch.in cle.ij.de statu mo nac.facit.l.tutor si nepotib⁹.cū ibi not.ff.de tute. ¶ Nec curo, quod si postquā iudex decerneret administrationē dicte mulieri secundū quod de iure requiritur: vt no.in.d.l.legitimos. si facte fuerint proclamationes generales ad conficiendum inuentarium: qua dico qđ requiritur citatio ad ipsum decretum administrationis: vt probatur in.d.l.legitimos.merito illa nō interueniente non valet actus,saltem ad preiudicium ꝛ exclusionem dictorum tutorum.l.ea que.C.quomodo ꝛ quādo iudex.
8 ¶ † Quantum autem ad id quod queritur: scilicet an posito quod dicta confirmatio tutele mulieris sit aliqua, possint nunc comparere consanguinei dicti pupilli,ꝛ petere coniungi tutores cum matre allegando suspicionis causam,propter dictam prohibitionem.d.testatoris.ꝛ iudex teneatur arbitrari propter dictam suspicionem dicti statuti in ver.ꝛ predicta forma ꝛc.cui dispositioni statutum bene cōsonat dispositioni iureconsulti simpliciter tradite.l.si tutor.ff.de suspec. tuto.ꝛ hoc puto satis clarū quod nisi iudici constiterit de euidenti errore testatoris: stare debeat volūtati ꝛ declarationi testatoris.l.vtilitatis.ff.de cōfir.tuto.dictum est supra,ꝛ quamuis statutum dicat,quod relinquatur arbitrio iudicis,an expediat ita facere.tamen quia loquitur per verbū,arbitrio,quod importat arbitrium boni viri.l.si mulier ita.ff.de operis libertorum.l.fideicommis.§.qꝗ.ff.de lega.iij.iudex bonus de iure facere debet, ꝛ non intelligitur esse in sua libera potestate.l.si qua pena.cum glo.ꝛ ibi Bar.ad fi.de verbo.signifi.not.glo.in.c.super his.in verbo arbitrium.de accus.cum si. ergo cum de iure mater suspecta debeat aut remoueri,aut associari, vt leg.ꝛ no.in.d.l.si tutor.ergo ista facere debet iste do.iudex. ¶ Circa quartū dubium,quo queritur an posita validitate.d.confirmationis tutele,possunt dicti frater Fran.ꝛ Cesar administrare bo.d.Fortesij vsquequo fuerit etatis annorū.xx.iuxta dispositiones testatoris, qui prouidet,quod fortesius vsq; ad etatē annorum xx.non haberet nisi victum ꝛ vestitum per manum.d.fratris Francisci ꝛ Cesaris commissariorum,ꝛ quod post predictam etatem.xx.annorū per predictos commissarios restituerentur omnia bona que essent in administratione dictorum commissariorum: quia aliter non possint ipsi restituere ei nisi in.xx.annis.nam interim subministrabūt ei alimenta.l.deniq;.§.interdum.ff.de supe.leg.no.glo.ꝛ ibi Bar.in.l.alium.ff.de alimen. ꝛ ciba.leg.ꝛ ideo tutor interim nō dꝫ se intromittere: text.est in l. fideicommis.§.cum Polidius.ff.de vsur.ꝛ hoc saltem,procederet pro rata bonorū excedente legitimam Fortesij per ea que not.glo.ꝛ doct.in.l.cum ex filio.de vulg.ꝛ pupil.ꝛ in.l.filij matre.ꝛ in.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testa.ꝛ sic de istis non debent reddererationem tutrici.arg.cū testator magis cōfisus fuerit de eis, quam de alio aliquo tutore maxime
9 de illa muliere,vt etiā per.d.§.Pollidius. ¶ † Quo ad quintum dubiū quo queritur quanta sit legitima matris in bonis ꝛ hereditate filij sui pupilli,superstite matre, ꝛ superstite Fortesio fratre.d.pupilli stante statuto,quod mater non succedat filio nisi in legitima,ꝛ quia hoc non eget longo examine expedio me vno verbo,ꝛ dico quod erit sexta pars hereditatis pupillo: tenendo,quod hodie aucta sit legitima ascendentium sicut descendentium: vt magis communiter per glo.ꝛ docto.in auk.nouissima.C.de inoffic.ꝛ in corpore vnde sumitur.per.l.nā ꝛ si parētes.ff.de inof.test.ꝛ not.Bar.in.l.si mulier.§.j.ff.de testa.mili.licet aliqui tenent quod in matre ꝛ ascendentibus ex linea materna, legitima hodie sit tantum quarta. cum ergo secundum magis cōmunem opin.sit tertia, vt dixi: ꝛ ita tertia accipiatur de eo quod de iure communi succedens habiturus esset ab intestato.l.papi.§.quoniam autē quarta.ꝛ ibi not.ff.de inoffi.test.ꝛ in.l.cum queritur.C.eo. In contrarium facit: quia de iure communi mater nō esset successura ab intestato, nisi in dimidia, vt frater pupilli in alia dimidia: vt in auk.defuncto. C.ad Tertyl.ergo mater debet habere tantum quartam partem dimidie totius partis pupilli, ꝛ sic hereditatem pupilli; si aliter diceremus sequeretur inconueniens, ꝛ absurdum quod vbi fuissent puta quatuor vel quinq; fratres pupilli, ꝛ mater haberet plus quam aliquis fratrum, ꝛ ipsa haberet tertiam ipsius hereditatis pupilli, ꝛ sic videtur quod cum statutum voluit fauere agnatis masculis,ꝛ excludere matrem, resultaret contrarium,quod nō est dicendum l.scire oportet. §.aliud. ff.de excusat.tuto. Alexand.de Imo.

Summarium.

1 ¶ Gestum an presumatur tempore furoris.nu.8.
2 Testes singulares sufficiunt ad probandum furorem.
3 Furiosus vere vel presumptiue,non potest testari.
4 Furor perseuerare presumitur,non momentaneus,sed qui certo tempore durauit.
6 Testis non est idoness in facto quo potest laudari vel vituperari.
10 Deponens de negatiua est suspectus.
11 Deponentibus paucioribus verisimiliora plus creditur.
12 Notarij verba,ꝙ testator est sane mentis,non probant.

Consilium. CXLI.



Ponderatis matureq; attestationib⁹ vel allegationibus ad vtriusq; patris fauorem exhibitis.Circa probationem Iac.castri de regio, ponderatisq; testamentis duobus eiusdem Iaco.pariterq; testamento paterno. ¶ Videtur forsan prima consideratione dicendum vltimum testamentum conditum de anno presenti ꝛ die.vij.maij,velut a sane mentis viro cōditum preualere,stante regula,quod,vltime voluntates prioribus derogāt.l.si mihi ꝛ tibi. §.in legatis.de lega.j.ꝛ.l.si quis.in princip.testamenti.ꝛ.l.si inter. ff.de leg.ij. l.ij.quis priore.ff.ad trebel.ꝛ de celeb.mis.in.c.cum Marthe. xiij.questio.ij.vltima volūtas. ¶ Nec oppositus furor suffragari videtur ad impugnationem dicti testamenti, quia notarius attestatur in scriptura testamenti eundem Iacobū compotē mētis fuisse,cuius tabellionis velut officialis dicto standum videtur.l.si quis decurio.C.de fal.ꝛ in authen.de instru. caute.ꝛ fide.§.si vero nominantur.l.j.§.penul.ff.de offi.prefec. ꝛ.c.cum parati.de appel.c.ad audientiā.de prescrip. ¶ Dato ergo quod ante fuisset Iacob.in aliquo furore, tamen postquam erat sane mentis tempore testamenti,valebit actus ex eo quod habuerit dilucida interualla.l.furiosum. C.qui testa. fac.pos.l.ij.ff.de testa.ꝛ licet probatum esset,quod ante conditum testamentum demens fuerit,non per hoc videtur inferri quod hoc ipso tēpore testamenti fuerit mente captus,ita velle videtur Bart.in.l.ij.in fin.ff.de bo.pos.fur.infan.de. ¶ Confirmantur predicta ex notatis per Bald.in. d. l.furiosum.vbi
1 querit,† quid si non apparet an testamētum fuerit celebratum tempore furoris,an in lucidis interuallis,ꝛ respondet, aut testamenti tempus erat vicinum tempori furoris, aut erat ab eo tempore,multum remotum.Primo casu refert, aut qualitas dispositionis testamēti arguit magis ad partem sani cōsilij,vt quia in eo sit filiorum institutio legata pro anima eius ꝛ huiusmodi.ꝛ tunc ex tali dispositione presumitur fuisse sane mentis ꝛ intellectus,si autem his contraria disposuerit, presumeretur non fuisse sane mentis.l.apud.ff.de condi.instit. l.his qui.de tuto.ꝛ cu.da.ab his.l.titia.ff.de inoffic.testa. ꝛ in.l.patronus.§.fi.ff.de leg.iij.ꝛ in testamento permixta sunt que sapiunt furorē,ꝛ ea que non sapiunt quod nihil valent,secundo casu dicit Bal in.d.l.furiosum.quod ille qui semel fuit furiosus non semper presumitur furiosus,maxime si est probatum quod in eo tempore fuerit qualitas furori contraria, secundū Oldr.Accedit id quod not.Bart.in tractatu de teste.in cap. incip.opposita prudentie.Et quem quidem tractatum multi non habētita perfectū.non habēt nisi.c.incipiēs, quia,ibi carnium abundātia.Dicit igitur Bar.in.d.suo ꝑfectiori tractatu,ꝙ si esset probatū furiosum habuisse dilucida interualla, ꝛ dubitatur an actus gestus fuerit in quiete ꝛ sanitate.aut in furore,dicit Bartol.ibi quod ipse actus ostendit.quid enim si

matrem vel filium vel coniunctũ offendit: certe talis actus ostendit secundum eum ꝙ inquiete ꝛ sanitate consilij non fuerit: sed si actum fecit, quem quilibet diligens fecisset, ostendit ille actus eum in mentis quiete fecisse: subdit ibi etiam Bart. ꝙ si multa verba ordinata proferebat inter que alia fatua inseruit certo in toto actu fatuus presumetur. alleg. l. pen. ff. de condit. insti. vbi fatuus iudicatur ille qui post actum institutionis heredis dixit velle corpus eius in mari proiici, ꝛ si dubium sit an esset morbus furoris perpetuus, dicit Bart. standum esse iudicio medicorũ. Sed ita est quod testamentũ predictum vltimo loco factum, continet institutionem filiorum ꝛ legata pia ergo videtur dicendum ꝙ fuit sane mentis: vt recitat valerius testamentum cuiusdam furio. fuisse approbatum: quia
a recte [a] disposuerat. ꝛ refert Bal. in. c. j. in prin. per quos fiat inuestitura. in vsi. feud. ¶ Ultimo pro ista parte facit: quia esto ꝙ testes probent istum furiosum fuisse, tamen tales testes in suis attestationibus reperiũtur esse singulares, ꝛ ꝑ consequẽs perfecte non dicuntur probare. l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. ꝛ l. testamentũ, ꝛ ibi no. ff. eo. tit. ꝛ. c. licet causam. de proba. c. bone. de elect. ij. q. viij. c. testes. c. nihilominus. ¶ Sed premissis non obstãtibus arbitror contrariam sententiam de iure probabiliorẽ esse. ¶ Ad quod ostendendũ presuppono per plurimos testes productos probatũ esse Jaco. fuisse furiosum a tempore natiuitatis proxime preterita citra: vt probaꝛ maxime per peregrinum Gasparem, magnum Ambrosium, baptistam dominus Jaco. ser Simonem domi. Joan. Martinum Rolantem, magnum Ualentinum. Joan. de orticis. petrus de fontanella, ꝛ Guidotum. d. Luciam Baldasarem. d. simo. ꝛ Joan. anto. ꝛ si diceretur ꝙ testes producti sunt in dictis suis singulares, respõdetur primo quod plurimi sunt cõcordes. ꝛ maxime. d. Simo. ꝛ. d. Joã. Ant. ꝛ. d. Bal. Joan. d.
2 Lucia. ¶ † Preterea testes discordes siue singulares in dictis suis ad probandum quid in genere, puta quem esse infamem,
b quem esse furiosum [b] quem esse hereticum, sufficiunt: vt not. Innocẽ. ꝛ docto. in. c. qualiter ꝛ quando. el. ij. ꝛ in. c. cum oporteat. de accusa. ꝛ Spe. in tit. de inquisitionibꝰ. §. j. versi. quid si eius. ꝛ in. §. nunc tractemus. versi. quid si ille. cũ versi. sequen. ꝛ in titu. de teste. ꝛ. l. cum de interrogationibus. versic. item de tẽpore. ꝛ versi. sequẽt. ꝛ Jaco. in. l. Arriani. C. de here. ꝛ Pau. de leaza. in dispu. incip. cõtra instrumentum debiti. ꝛ per gloss. ꝛ Jaco. but. in. l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. ꝑ Cy. in. l. ij. C. que sit long. cõsuet. ꝛ Bart. in. l. de minore. §. ij. versi. sed quid si testis. ff. de questio. per Bal. in. l. j. in penult. colũ. C. de testa. ꝛ in. l. ea quidẽ. in vlti. charta. C. de accusa. ꝛ in. l. actor. C. de proba. ꝛ in l. j. C. quib. mod. ꝛ in. l. de quibus. ff. de legib. ꝛ glo. ꝛ Archi. ij. q. ix. c. nihilominus. per docto. in. c. licet in quadam. de testi. ꝛ Moder. in. l. inter partes. ff. de re iudi. cum simi. ꝛ probant dicti testes actus necessarios, vel saltem presumptione iuris, cõcludentes furorẽ: quia deponunt ꝙ proiiciebat lapides ꝛ panem: quia isti actus indicant furorem. l. ij. C. de iude. not. glo. ꝛ ibi Bal. ꝛ Ang. in. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matr. aliqui deponunt ꝙ tenebatur ligatus in domo: vt dicit Baldasar. Joan. ꝛ do. Simon ꝛ frater eius qui actus inducat furorem. vt not. Bal. in. d. l. diuus. ff. de offi. presi. quidam deponunt qꝺ fatue loquebatur ꝛ absqꝫ proposito, ꝛ fere omnes testes dicunt ꝛ ille qui fatue loquitur dicitur esse fatuus. xciij. distinc. c. legitimus. ꝛ not. xvij. q. ij. in. c. Gonsaldus. ꝛ quod deridenda per vias more insanorũ loquebatur: vt. l. ob que vitia. in prin. ff. de edil. edic. deponunt etiam dicti testes, ꝛ maxime d. Jaco. Bald. Joan. ꝛ Simon. ꝛ. d. Joã. and. quod Jaco. a cognoscentibus eum, ꝛ maxime de vicinis demens estimabatur, ꝛ qꝺ pro demente habebatur: qꝺ quidẽ sufficiat ad probãdum cõtra quempiam vt furiosum, non potuisse facere actus in quibus requiritur intellectus: ita no. in. l. j. iunctis ibi not. ꝑ Bar. C. de testa. ꝛ ibi Bal. in. iij. q. ꝛ not. in. l. cum quidem, §. ꝙ dicitur. ff. de acquirẽ. hered. ꝛ Bart. in. l. de minore. in. §. ij. in. ij. q. ff. de questio. ꝛ per Ange. in. l. ad testium. §. j. ff. de testamen.
3 ¶ † Secũdo presupponi aliud indubitatum ꝙ vere vel presumptiue furiosus testari nõ potest si tempore testamenti vere vel presumptiue dementia detentus sit. l. ij. ꝛ. l. in aduersa. ff. de testa. ꝛ. d. l. furiosum. ¶ His presumptis ostendo Jac. nõ potuisse testari de anno presenti ꝛ die. vij. Maij: quia in illo tem-
4 pore presumitur fuisse in dementia: † nam ille qui certo tempo-
c re fuit furiosus. presumitur in furore perseuerare, [c] nisi contrarium doceatur. glo. est que hoc expresse firmat iuncto tex. iij. q. ix. indicans in verbo, ostenderis. idem tenuit glo. in. c. fi. in verbo cõpe. de succes. ab intest. quã ibi sequuntur Inno. Anto. de but. Joan. an. ꝛ Abb. sequuntur illam glo. ꝛ sequitur Saly. in d. l. furiosum. ꝛ Joã. de imo. in. c. dudum. in vj. col. de presum. ꝛ cano. in. c. cum inter canonicos. de elec. ꝛ Pau. de leaza. post antiquos. in clemen. j. de homic. ¶ Istud recte intuẽti voluit Bar. in. l. ij. ad fi. ff. de bo. pos. infan. de la. nam Bar. ibi vult ꝙ si probatur per certum momentum: puta tali die quem fuisse surdum vel furiosum, non per hoc sequitur: ergo in posterum fuit furiosus ꝛ surdus: quia illud potuit cõtingere propter aliquod accidẽs. l. tute. in prin. de leg. iij. vnde dicit ibi Bar. in fi. qꝺ debet probari quẽ fuisse aliquo tẽpore vel certis mensibus furiosum non autẽ aliquo momento vt postea presumatur in posterum furiosus allegat. l. j. ff. de manu. testa. l. pretia rerum. ff. ad. l. fal. vbi similis probatio requiriꝛ ad probandum qꝺ talis probatio, puta stariũ frumenti valuerit. xx. solid. ꝛ ipsi etiaꝫ declarant doct. ergo vult Bar. ꝙ si probatum est quem fuisse furiosum certis mensibus, presumatur in posterum furiosus ꝛ qui allegant Bart. aut dicunt Barto. aliter tenere, profecto habent lecturã corruptam, aut minus recte accipiũt. ¶ Sed ita est in proposito quod per testes probatum est Jaco. fuisse furiosum per menses plures continuos ante confectionem. d. testamenti: vt deponunt Bal. Joan. Simon. ꝛ. d. Joã. Ant. d. Jaco. but. de manetis, magister Guidotus, ꝛ quidam alij: ergo debet presumi semper ipsum posterum furiosum etiam tempore testamẽti, ꝛ quod ille qui certis temporibus fuit furiosus presumatur in posterum furiosus, ptꝫ: q2 si propter furorẽ datus fuit ei curator, durat officiũ curatoris donec probetur ipsum fuisse sane mẽtis. l. j. ff. de cura. furio. ꝛ. l. pe. C. eod. tit. ꝛ instit. de manda. §. furiosi. sed si nos diceremus ꝙ ille qui per aliquod tempus fuit furiosus non presumeretur cõtinuarein furore contrario non probato: sequeretur qꝺ de momento ad momentũ esset furioso dãdus curator ꝫ. d. l. pe. ¶ Pro
5 hoc facit † quia passiones huiusmodi ꝛ motus tales presumũtur durare nisi cõtrarium probetur: vt est glo. no. in. c. cum inter canonicos. de elec. in ver. recusatur. quam ibi sequitur Jo. Ant. de but. ꝛ Imo maximo in morbo furoris qui non consueuit de facili recedere, secundum. d. Card. ꝛ Jo. de imo. in. d. c. cum inter canonicos. alleg. not. per glo. in. d. c. iudices. ꝛ in. c. fi. de succes. ab intest. ꝛ facit. l. si cui. §. eiusdem. ff. de accusat. ꝛ. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. ꝛ. c. semel malus. de regu. iur. in. vj. ¶ Fortius dixit Pet. de anch. in clemẽt. j. ꝛ ibi se-
6 quitur. d. Card. de homic. † qꝺ si probatũ est quẽ fuisse postea sane mentis: nõ sufficit ad valetudinem actus gesti a tali, nisi probaretur fuisse postea sane mẽtis tempore actus gesti, ꝛ ita dicit se obtinuisse. alleg. in simili no. per Dy. in. c. semel malus. de reg. iuris. in. vj. ¶ Hoc idẽ tenet Uber. de bobio vt refert Guli. in Spec. in tit. de probatio. §. probare. versi. pone quidã erat furiosus ꝑ dilucida interualla, ꝛ fecit testamẽtum, ꝛ dico eum esse furiosum. tu dicis fuissi sane mẽtis: cui incũbit onus probandi refert secundũ Uber. de bobio ꝙ incũbit tibi allegãdi cũ fuisse sane mẽtis. ¶ Refert etiã Guli. in Spe. ꝙ secũdum opi. aliquorũ incumbit onus probãdi ei qui agit, siue dicat eum sane mentis, siue dicat eũ furiosum fuisse. arg. l. ꝛ qui dicit. ff. de proba. ꝛ Joã. and. in addi. Spec. versi. pone. remittit se ad not. per glo. in. d. c. fi. de succes. ab intesta. que tenet vt dixi quod vbi constat aliquem certo tẽpore fuisse dementem, semper incũbit onus probãdi aduersario: qui erat sane mentis. ¶ Idem tenet do. de sanc. Gemi. in. c. j. si vero de electio.
7 lib. vj. vbi querit † quid si demens habẽs dilucida interualla aliquem actum fecit, puta delictum commisit, an presumatur factum tẽpore sane mentis: an tempore furoris: respondit per glo. in. c. fi. de succes. ab intest. que tenet qꝺ dicẽs eũ fuisse sane mẽtis, habet hoc probare secus si nunꝙ fuisset demens: quia tunc allegãs dementiam debet hoc probare. ¶ Et ita trãsit do. in. d. §. si vero. Et ita in similibꝰ in terminis nostris dũ florentie assiderem ita iudicaui cõtra quoddã monasteriũ monachorũ institutũ in testamẽto vnius, de cuius anteriore furore probatũ fuerat. Imo. in. l. q testõ. §. ne furiosus. ff. de test. ꝛ. l. j. §. fu. de ꝓb. obl. in hoc arg. cõcludit ꝙ aut actus gestꝰ fuerat ex interuallo lõgo post tps, quo probaꝛ quẽ fuisse in furore: ꝛ tunc alleganti qꝺ actus fuerat factus in furore, incũbit onus probãdi: aut nõ intercessit longũ interuallũ, ꝛ tũc presumitur fuisse in furore tpe actus gesti. allegat ea que habentur in. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. cred. ꝛ in. c. officij. de elec. Sed ita est quod per testes productos contra testamentũ, probatur quod circa tempus testamẽti fuit in furore. hoc enim deponit d. Lucia que dicit ꝙ per menses tres ante mortẽ Jaco. vidit ipsum Jaco. facere actus furoris. sequitur qꝺ de mense Maij quo testatus est, erat in furore. ¶ Plus dicunt Bal. Joã. d. Simon. d. Jo. Ant. bapt. ꝛ magister Ant. qꝺ a mense Martij vsqꝫ ad tẽpus mortis, ꝛ per dictum tempus fuit semper in furore: imo videtur dicendũ ꝙ modicum interuallum in proposito nostro debebat accipi pro vno anno in quo presumitur morbus durare, nisi probetur contrarium: secundum Hosti. ꝛ do. Card.

a ¶ Or recte. Pau. Alex. Cor. Jas. d. l. furiosũ. Ja. l. pre furioso. colũ. ij. de his q sunt sui vel ali. iur. deci. l. in negocijs. de reg. iur. Ant. corse. in fin. ꝯsi. testm̃. hippo. marsi. no. ccclxxx. Phil. frãc. in rub. col. v. de testa. l. vj.

b ¶ Furiosum. J. lib. ij. cõsi. clxxxv. cuꝫ seq. deci. cõsi. cccc. xlviij.

c ¶ Perseuerare. J. ꝯsi. clxvij. col. ij. iij. lib. vij. Anch. cõs. v. Socin. c. ad audientiã. col. vj. nu. xi. de homi. Nico. eneral. in loco de tẽp. ad tps. col. iij. cor. ꝯs. lxix. col. pe. lib. j. cõsi. xxj. lib. j. Jas. l. pre furioso. co. ij. de his q sunt sui vel ali. iur. bertrãd. cõsi. xlviij. ex pcessu. col. viij. ix. lib. j. Alcia. de presum. reg. ij. ꝓsum. xviij. sed limitat paulus ꝯsi. cxx. li. j. Jas. consil. clxxviij. lib. j.

do. Card. in. d. c. cum, inter canonicos. sed non est dubiũ quod actus testamẽti non distabat per annum a tẽpore in quo probatum est per omnes testes eum fuisse furentem ꝛc. ¶ Corroborãtur premissa ex his que dicunt Bal. ꝛ Ang. in. d. l. furiosum. ꝛ Bart. in tractatu de teste. in loco. s. alleg. ¶ Circa arg.
8 proxima parte deducta dum volunt † ꝙ si est dubiũ an quis furiosus sit tempore actus gesti, ꝛ probatũ sit ꝙ habeat dilucida interualla debeat inspici qualitas testamenti, an sit talis que in omnibus suis partibus cõueniat dispositioni ꝙ quisq̃ diligẽs fecisset ꝛ presumatur fuisse sane mentis: secus si in aliqua parte ipsius dispositionis fuisset actus nõ cõueniens dispositioni hominis sane mentis, ꝛ viro diligẽti: quod tunc presumitur non fuisse tunc compotem mentis, sed ita est quod ex illo actu testandi vltimo loco facto colligũtur plures cõiecture ostendentes Jacobum tunc non fuisse diligentẽ virum, aut sane mentis: concurrente maxime antecedente furore vt nunc ostendam: ergo testamẽtum est nullum. ¶ Coniecture autem sunt hec: prima, quia in testamẽto predicto Jacobus reliquit quandam apothecam Bonantonio de borzagino: quam apothecam prohibuerat pater. d. Jacobo in testamento alienari sub pena certe priuationis. eo quia volebat dictã apothecam cum certis domibus remanere in filios suos, ꝛ in filios filiorũ eius. Que prohibitio tenet iuxta. l. filiusfa. §. diui. ff. de legat. j. ꝛ l. peto. §. fratre. ergo per tale relictũ factum Bonantonio Jaco. incidebat in dictas penas priuationis. Et sic q2 ille est act⁹ dissipationis, qui arguit hominẽ non esse sane mentis. l. is qui. §. fin. ff. de tu. ꝛ cur. da. ab his. ꝛ. l. j. in prin. ff. de cura. fur. Et de prohibitione alienationis paterne habuerat dictus Jacob⁹ notitiam quãdo erat sane mentis: vt deponit. d. Jaco. in fine sue attestationis. ¶ Secunda cõiectura dementie, que colligitur ex illo actu testandi: quia in testamẽto disposuit ꝙ si Nicolaus eius filius decederet sine filijs masculis vniuersa hereditas deueniret ad dictum Bonantonium, ꝛ si que filie femine remaneant ex dicto Nicolao dotarẽtur prout videretur ꝛ placeret. d. Bonantonium. ¶ Cõsidero qᵭ dictus Bonãto. non est de descẽdẽtibus dicti testatoris, nec de agnatione eius: dato qᵭ esset de cognatione testatoris vel aliter sibi coniunctus vnde. d. Jac. in vlti. hereditate pretulit. d. Bonãto. nepotibus ipsius testatoris qᵭ quidẽ nullus diligens, ꝛ sane mentis presumptione iuris faceret, cũ presumatur quemlibet velle ꝛ debere suam sobolẽ alie anteferre. l. cum acutissimi. C. de fideicõ. l. generaliter. §. fin. C. de insti. ꝛ subsṫi. l. cum auus. ff. de cõdi. ꝛ demõ. nulla facta differentia sexus. l. fi. C. de lib. prete. Nam in priori testamẽto condito tempore sane mentis per Jacobum sciens disposuerat: nã in eo disposuerat qᵭ quandocunq̃ Nicolaus discesserit sine liberis legitimis ꝛ naturalibus vocarẽtur ad hereditatẽ illi de bobio: nam si decederet Nic. cum filiabus illi de bobio succedere nõ possunt ex substitutione stante illo priori testamento valido, prout est: q2 appellatione liberorum veniunt etiã femine. l. sed si hac. §. liberos. in vᵬ. vtriusq̃ sexus. ff. de in ius voc. l. si ita sit scriptũ filiabus. ff. de leg. iij. l. j. ff. de verb. sign. cũ ergo nõ habuerit ordinatã charitatẽ, ꝛ memoriam liberorum in preferẽdo eos alijs est actus dementie, ꝛ viri non sapientis. c. fi. ꝛ ibi hoc no. do. de sanc. Gemi. de here. lib. vj. ¶ Tertia est cõiectura q2 homines diligentes ꝛ sani consilij non cõsueuerunt. vt est notorium, in domibus alienis testari. sed in domibus proprijs aut diuinis templis: iste autem nõ huiusmodi testatus est. ¶ Quarta est coniectura non sani cõsilij: quia in. d. testamento posteriori continetur qᵭ ipse testator non vult aliud testamentum condere, de cetero, ꝛ casu quo cõcederet ex tunc iussit illud nihil valere, nisi in eo cõtineret expresse tota Salueregina: nã testatores plerũq̃ volentes mutare testamẽta huius nõ sunt memores dicte clausule: modo subuertitur vltima voluntas eorũ. ergo patet ꝙ. d. Jacob. operam dedit quantum potuit quod sibi auferret liberam testandi facultatẽ quod est cõtra bonos mores. l. stipulatio hoc modo cõcepta. de verb. obl. iuncta. l. si quis. in prin. tex. cũ materia. de lega. iij. ¶ Ex his patet quod omnes oppositiones ꝛ autoritates sunt pro parte nullitatis ipsius testamenti vltimi, dato ꝙ etiam testes partis aduerse probarent ꝙ aliquo tẽpore erat sane mentis. Etiam quod haberet dilucida interualla, vt cõiungendo dicta testium vtriusq̃ partis: quia presumitur omnino actus testãdi factus in furore nisi contrarium probetur. vt. s. probaui. ¶ Non ob. ꝙ in Joã. frãc. testis qui fuit rogatus de. d. testamento deponat qᵭ. d. tempore. d. testamenti proferebat illa verba bonum effectum importantia: quia contrarium apparet ex. d. actu testandi, quo interuenerunt verba non conuenientia hominis sani consilij: in quibus partibus vt ostendi supra demonstrando coniecturas premissas sufficientes, iuncto maxime precedenti furore adiudicandum actũ testandi fuisse gestum tempore non sane mẽtis, vt dicunt doct. in locis preallegatis. ¶ Preterea Joã. frã. nõ est idoneus testis: q2 vt dicit Jo. an. in addi. Spe. in ti. de teste. §. j. sup verbo
9 sed pone † ꝙ diminuitur etiã fides testi deponẽti de facto suo:
a quãdo ex eo laus vel opprobrium possit ipsi testi [a] adscribi. ita refert ꝛ sequitur hanc doctrinã Anto. de butr. in consilio suo incipien. quomodo hec dubia vulgaria habet. ꝛ doc. maxime Jmo. in. c. ex literis. de transac. ꝛ Ant. de but. in. c. cũ a nobis. de testib. ¶ Facit qᵭ dicitur de Proxeneta aduocato ꝛ fi. vt nõ possunt testificari iuxta no. in auf. de testi. §. pe. ꝛ. l. ij. eo. tit. ꝛ in. c. Romana. de testib. lib. vj. ꝛ in. c. dilectorũ. de testib. ꝛ per Bar. in. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fis. per Spe. ꝛ Jo. and. in ti. de test. §. j. ꝛ per cano. in. c. insuper. ꝛ in. c. cum a nobis. de testi. ꝛ in. c. cum ex literis. de trãsact. ꝛ per legistas in l. omnibus. C. de testa. ¶ Sed cui dubiũ quod approbriũ esset tabellioni quod cõficeret testamentũ vnius demẽtis cum iurent tabelliones diligẽter officium exercere. c. ad audientiã. de prescrip. ¶ Similiter nõ obst. dictum Georgij alterius testis qui dicit ꝙ interfuit testamẽto, ꝛ quod cognouit tũc Jacobum esse hominẽ sani intellectus: eo q2 fecit legata pia pro omnia: q2 respondeo qᵭ licet in illo actu. s. in legato pro anima ostenderit se esse sani intellectus, tũ multa alia disposuit q̃ non cõueniunt homini sani intellectus: vt probaui. s. sequitur quod cum in omnibus nõ se gesserit vt sanus intellect⁹ quod ille actus testãdi fuerit factus nõ tempore sani cõsilij, vt aperte scribit Bald. ꝛ Ang. in. d. l. furiosum. ꝛ Bart. in. d. tract. de teste. ¶ Preterea ille testis remanet vnicus ꝛ singularis post quã Joan. fran. venit repellendus. vt dixi: sed vox vnius est vox nullius. l. vbi numerus. ff. de testi. c. in oi. de testib. c. nouit. de indi. Alij testes producti ad valorem testamẽti pro maiori parte non cõcludunt ꝙ nõ fuerit furiosus: quia dicũt ꝙ Jac. potest esse demens ipsis ignorãtibus: ergo nõ concludnnt qᵭ nõ fuerit furiosus, etiam non probãt. c. in presentia. de proba. l. neq̃. C. eo. ꝛ in spẽ gl. ꝛ doc. in. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuq̃ priua. ꝛ Ang. in auf. de here. ꝛ fal. §. hic nobis. post gl. ¶ Jdẽ deponit magister Bar. Jo. de corradinis. Jo. aurelijs similiter Lãcelotus ꝛ Gaspar de affarusio, qui dicũt quia nescirent discernere an esset fatuus an sapiens: ergo nõ potest deponere ad testãdam sanam mentem, sic testis deponẽs super mutuo interrogatus quid sit mutuum dicit se nescire, certe non probat. vt. l. j. ꝛ ibi Bar. ff. si cer. pet. ꝛ Bal. in. l. j. de his qui sunt sui vel alien. iur. ¶ Dñs Paulus primus testis non probat ꝙ nõ potuerit esse furiosus: nam dicit ꝙ potest actus de q̃bus ipse testificat nõ potuisset Jac. effici sane mẽtis, quin ipse testis nõ cognouisset: q2 ea que deposuit ipsa fuerunt an-
10 te mortem per paucos dies: † nam testis deponẽs hoc modo super negatiua coarctata ad certum breue spatium: est suspectus. c. cũ ecclesia. de causa pos. ꝛ proprie. ꝛ ibi doc. ꝛ not. Bar. in. l. j. in prin. ff. si quis ius di. non ob. ꝛ Cyn. ꝛ Bal. in. l. actor. C. de probat. ꝛ Ang. in. l. ij. §. dotem. ff. ne quis eum qui in ius voc. ꝛ Bal. in. c. si quis per triginta. si de feud. fue. contro. inter do. ꝛ agna. Dyn. ꝛ Bar. in. l. j. §. hoc interdicto. in fi. ij. col. ff. de iti. actuq̃ priua. dum reprobãt gl. ibi positam. nam vt dicunt doc. nõne potuisset Jac. in domo de nocte furere seu furiosus effici inscio ꝛ ignorante dicto domino Paulo. ¶ Jtẽ nec ponit assertiue de quibus mẽsibus fuerit sane mentis ipse Jacobus, ꝛ an prope tẽpus testamenti vel postea. Christophorus de richmo nõ probat qᵭ non potuerit esse furiosus. imo aperte dicit quod interdum faciebat actus furiosos. ¶ Gaspar de lane similiter dicit ꝙ faciebat forte causa ioci hoc enim ꝙ fecerit magis ioci causa quam stultitie, non probat ipse per aliquam rationem dicti sui: ergo non dicitur cõcludenter deponere: q2 ad probandũ ea in quibus requiritur perspicax inquisitio ꝛ ratio intellectus, prout est in discernendo an quis faciat actum furoris causa ioci, vel non, necesse est etiam quod testis non interrogatus assignet rationem dicti sui. vt not. Jnno. in c. cum causa. de testi. ꝛ in. l. cum hi. §. j. ff. de trãsact. ꝛ in. l. furiosum. C. qui test. fa. pos. ¶ Frãciscus de tarcolis alius testis nihil probat, q2 nõ deponit de tẽpore vnius anni de quo deponunt testes probãtes furorem, imo deponit de anno preterito quia dicit qᵭ iam est annus elapsus. ¶ Bonifacius de rogerijs similiter nihil probat, q2 nõ deponit de aliquo tẽpore vel anno. ¶ Antonius de pictoribus deponit ꝙ audiuit dictum Jaco, rñdentem. in voglio tore vna de vostre vna infante per mio figliolo per sua moglie. nam per hoc non sequitur qᵭ ipse esset sane mentis: nam viri illius cõditionts cuius erat dictus Jac. non cõsueuerunt filijs suis in tam iuuenili etate, ꝛ tenera constitutis vnam puellam similem infanti dare in vxorem vel sponsam. facit tex. in auf. de temp. nõ sol. pec. §. generaliter, cũ seq. docet experientia que est rerũ magistra. c. cũ expediat. de

a ¶ Testi. Feli. c. cũ a nobis. de testib. Jas. l. sanum mẽte. C. de trãsact. l. si duo patroni. §. idẽ Jul. scribit. de iu reiu. Cur. Jun. ꝯsil. clxv. n. xxj. ale. in cõsi. lxxxvj. nume. xvj. lib. ij. cõsi. lxx. nu. xj. lib. iij.

elect.in.vj.ita ꝙ nõ apparet ꝙ ille actus ostẽdat hominẽ magis sane mentis quam insane. ¶ Etiam non probat Franciscus de bonzanis vltimus testis, cuz non appareat eius dicto de quo tempore sanitas cõsilij ipsius Jacobi deponat: etiam non apparet ꝙ contradicat testibus productis ad probandũ furorẽ. ¶ Ex predictis patet si bene aduertatur ostẽsum esse nullum ex dictis testibus sufficiẽter probare. ¶ Preterea est probatum per testes plures, vel saltem verisimiliora deponẽtes ꝙ dictus Jacobus fuit furiosus a tẽpore natiuitatis dominice, vel saltem a tempore mẽsis Martij vsque ad tempus mortis, ꝛ quidã etiam dicunt a dicto tempore vsq; ad mortez continue fuit demens, vt attestatur maxime Baldasar, Joã. do. Simon. do. Jo. Ant. domina Jacoba: ꝛ magister Guidotus: ergo eis standum est. ¶ Et preferenda est eorũ probatio testibus aduersis, qui nõ sunt tot numero: saltẽ illi q de actibus sane mentis, per dictum tempus deponũt, ꝛ q2 verosimiliora deponunt testes probãtes furorem, vt proxime dicam. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. ꝛ. iiij. q. iij. c. testes. ꝛ ibi firmat gl. ma

11 gna in verbo qdam† ꝙ magis creditur paucioribus testibus verosimiliora deponẽtibus: qđ etiam firmauit glo. in. c. in nostra. ꝛ ibi omnes sequantur. extra de testibus. ¶ Quod autẽ testes probãtes furorem presumantur verosimiliora deponere, probatur qđ pro magna parte sunt vicini, maxime illi qui deponunt de continuo furore: vt sunt dicti Baldasar. Jo. dominus Simon: dominus Jo. an. domina Lucia: domina Jacoba que semper stabat in domo ꝛ Peregrinus qui multũ in in ciuitate ꝛ ruri secum in domo cõuersabatur, ꝛ Gaspar de rotano eius vicinus: sed ita est quod vicini presumuntur melius scire facta vicinorũ quam alij non vicini. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ꝛ. l. si ita. §. fi. de fun. instruc. c. quosdã. ꝛ. c. sequen. de presump. ¶ Et similiter illi qui frequẽtant in domo melius presumuntur scire facta illorũ de domo, quã alij. l. cõsensu. C. de rep. c. veniens. el. ij. de testi. ergo eis velut melius informatis est credendum. vnde dicit in proposito Ja. bu. in. l. maiorẽ. ff. de pac. quodo potestas ciuitatis habẽs plures iudices, nõ debet stare dicto maioris partis: sed illius qui melius scit iura. allegat. d. l. ob carmen. §. fi. ¶ Et per hoc videtur ꝙ plurimum sit in re ista attendendum dictum illius periti, in arte videlicet magistri Guidoti, qui per regulas medicine, ꝛ etiã per sensus corporis deponit de demẽtia Jacobi. ¶ Et alibi etiam dicunt doc. in proposito quod an quis fuerit fatuus statur dicto peritorũ in arte. vt not. Cy. in. l. senium. C. qui test. face. pos. ꝛ Bal. in. l. ij. ff. de testa. ꝛ in tractatu de teste. in loco preal leg. facit. l. si semel. C. de testa. mil. lib. xij. ꝛ. l. cõparationes. C. de fide instru. l. j. §. j. ff. de vẽt. insp. c. significasti. el. ij. de homici. in quo perito in arte toleratur testimonium de credulitate. l. j. in prin. ff. de ven. inspi. c. literas. de presumpt. c. quoties. ꝛ. c. licet ex quadam. de testi. ¶ Nec ob. si contra dominam Jacobam testem predictam opponeretur qđ est legataria in primo testamento: q2 respondetur qđ est etiam legataria in secũdo, ꝛ per hoc fides non diminuitur. l. nõ solum. §. de vno. ꝛ ibi per Bar. ff. de questio. not. in. c. postremo. de appel. ꝛ Spe. in ti. de teste. §. j. ver. sed quid in teste eiusdẽ gradus. cum simi. ¶ Preterea legatarius nõ prohibetur esse testis in causa testamẽti. l. qui testamẽto. in prin. ff. de testa. ꝛ plene no. quãdo non agitur principaliter de legata. l. dictantibus. ꝛ ibi doc. C. de testa. ꝛ insti. de testa. §. legatarijs. ¶ Nõ ob. superius dictum ꝙ notarius in vltimo testamento dicit Jacobus sanus mẽte ꝛc. q2 illa verba nihil operãtur. hoc in specie ponit Bal. in. l. ij. ff. de testamẽ. vbi querit, an si in instrumento dicatur sane mentis ꝛc. dicit qđ Jaco. de bel. dicit qđ sanitas mẽtis nõ probatur ꝑ testimoniũ tabellionis: sed ꝑ iuris presumptionẽ, que est quod pars sit sane mentis nisi contrarium ꝓbatur. c. cum dilectus. de fide instru. ꝛ ibi no. Nam secundũ Bal. mentis sanitas est quid inuisibilis, ꝛ proprie nõ percipitur visu vel auditu: sed magis rationis iudicio: vnde dicit ꝙ illa verba tabellionis non habẽt vim testimonij nec probationis: q2 qualitas mentis non probatur per tabellionẽ, sed solum verborum prolatione. ꝛ idẽ dicit Saly. in. d. l. furiosum. C. qui test. fa. pos.

12 ¶ Unde dicit Ang. in. l. penul. de codicillis.† caueant notarij faciẽtes testamenta vt bene cõprehendant si testator frenеticat: q2 licet in sua scriptura dicat sanus mẽte, non propterea probatur sana mens: quoniã hoc non pertinet ad eũ: nec possent ad hoc rogari, sed pertinet ad iudiciorũ medicorũ. l. semel. C. de re mili. lib. xij. ¶ Idẽ Bal. in. l. j. de confes. in. xj. col. ver. nam si notarius ꝛc. vbi dicit quod per hoc tãtum non est notarius falsarius: vt ibi per eum. ¶ Et in simili dicit Ange. in l. illud. §. tractari. ff. de iure codic. ꝙ si testator instituit heredez ꝛ notarius dicat, talis volens codicillos facere, etiam hec verba enũciatiua notarij nõ probãt illam voluntatem esse codicillos, sed testamentum. l. non codicillum. C. de testa. ¶ Pro hoc qđ no. Fed. in cõsi. suo. clxxxix. incip. queritur an domina Margarita ꝛc. vbi dicit ꝙ si notarius in instrumẽto testificatur se certiorasse mulierẽ renunciantem hereditati paterne de virtute, ꝛ effectu dicte renũcie ꝙ per instrumentum non pro-

a batur dicta certioratio. allegat in arg. l. omnibus. C. de testib. ꝛ qđ no. Jnno. ꝛ Hosti. in. c. quoniã contra. de proba. ¶ Et secundum eum, instrumẽtum facit fidem de his que inter partes gerũtur. ꝛ non de alijs. idem illud sequitur Ant. de but. in d. c. quoniam contra in cõtrarijs. in. xv. col. de testi. ꝛ Ludo. de ro. in. l. sciendũ. in. vj. col. de verbo. oblig. ¶ Preterea illa verba, sanus mente, potius apponuntur de consuetudine, quam ex alia causa: vt in simili no. Bart. de clausula codicillorũ. in. l. j. de iure codi. in. vj. q. in fi. ¶ Quinimo ipse actus testãdi ostẽdit cõtrarium eius qđ asserit notarius: scilicet quod Jacob. tunc non fuerit sane mentis, ꝛ consilij, vt. s. probaui. ¶ Non ob. etiã not. ꝑ Bart. in. l. j. ff. de bo. pos. infan. vel fu. dela. ꝛ per Bal. in. l. furiosum. quia eorũ decisiones faciunt nullitatem testamenti vt in specie deduxi supra. ¶ Postremo nõ ob. ꝙ testes probãtes furorem sint singulares: q2 imo sunt plures cõtestes, ꝛ dato quod sint singulares, non officit vt probaui. Ex quibus patet aperte omnia in contrarium alleg. fore absoluta, ꝛ dicta testium viribus carere. Alex. de imo.

8 ¶ Probaꝛ. imo probat vt no. oẽs in. l. sciẽdũ. de verbor. oblig.

Summarium.

1 ¶ Aqueductum per vnum actuz acquiritur quasi possessio, que non potest acquiri tempore communionis. nu. 2.

3 Fides bona presumitur in libertate non seruitutem prescribente.

4 Clausula cum iuribus ꝛ conductibus quid operatur.

Consilium. CLXII.



Onsideratis diligẽter his q̃ in themate narrata sunt. ¶ Videtur prima cõsideratione dicendum dicto Titio non licere prohibere Seiũ aquam ducere per dicta loca Titio in partem obuẽta his rationibus. ¶ Et primo, q2 per vsum ꝛ quasi possessionez decem annorum acquiritur ius seruitutis, etiam absq; tit. bona fide interueniente. l. si quis diuturno. ff. si serui. vend. l. ij. cũ ibi no. C. de seruitu. ꝛ aqua. l. j. §. pen. ff. de iti. actuq; priua. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. ¶ Sed in facto presupponitur, antequã dictũ superius molendinum destructũ esset aqua longo tempore deducta est per predium predicto Titio obuentum in partem ad dictum inferius molẽdinum: ergo dicto inferiori molendino acquisita fuit seruitus aque ducende: ꝛ presumitur bona fides ex vsu tam longi temporis: vt no. Jnno. in. c. ij. de resti. in integ. ꝛ Jo. and. in addi. Spec. in tit. de teste. §. nũc videndum. in. j. addi. mag. in. iij. col. per. l. iij. §. si seruus. de acqui. pos. ꝛ no. Ang. in. l. pen. C. qui. nõ ob. lon. prescrip. ꝛ Ant. de but. in repe. c. peruenit. de censi. ꝛ Arch. in. c. j. de prescri. in vj. ꝛ not. Moder. in. c. si diligenti. ꝛ in. c. fi. de prescri. facit quod

1 not. Bar. in. l. fi. ad fi. C. vnde vi. per illum text. ¶ † Scđo quia ille que etiam semel tantũ aquam ex flumine aliquo per quempiam locum ad predium suum duxit, dicitur esse in quasi possessione illius ductus aque, ꝛ haberet cõtra prohibentẽ interdictum possessorium. vt. l. j. in princ. ꝛ. §. quod autẽ fere. per totam. l. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. plene tradidit Spe. in tit. de causa pos. ꝛ proprie. §. priuata. vel aliud quoq; est priuatũ. ꝛ Cy. ꝛ Bar. ꝛ alij in. l. j. C. de serui. ꝛ Bar. in. l. ij. §. ij. ff. de itine. actuq; pri. l. sicuti. §. sed si queritur. ff. si serui. vend. sed ita est qđ nuper per aliquot mẽses Sempronius aquam duxit per dicta loca sciente, ꝛ patiente Titio, per quam scientiam ꝛ patientiam dicitur esse quesitam Sempronio quasi possessionẽ aque, per dicta loca ducende: vt in. d. l. ij. C. de serui. ¶ Et si Sempronius a Titio prohibeaꝛ, poterit Sempronius agere interdicto de aqua quoti. contra Titium prohibentẽ. ꝛ declarat Bart. in. d. l. j. §. ij. ff. de iti. actuq; pri. post Jnno. in. c. bone. el. ij. de postu. prela. ꝛ in. c. cũ ecclesia. de causa poss. ¶ Tertio, quia verba in cõtractibus aliquid operari debeant. l. si stipulatus. in prin. ff. de vsu. l. hanc. ff. de contrahen. emp. sed in instrumẽto diuisionis facte inter Titium ꝛ Seium continetur quod in partem Seij cedat molendinum inferius cum omnibus suis iuribus aqueductibus, cõductibus, canalibus, ꝛ vijs, ꝛ alijs ad dictũ molendinũ spectantibus, ꝛ pertinentibus: ergo videtur satis aperte

aperte constare quod conductus per quem ipse aqueductus consuetus inseruire dicto molendino inferiori obuenire intelligatur cum dicto molendino in partem dicti Seij.facit.l.fundus qui locatus.ff.de fun.instr. ¶ Sed premissis non obst. cōtrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto ex infrascriptis.
2 ¶ † Et primo quia vbi iure communi non cadit possibilitas acquisitionis, ibi regulariter non cadit prescriptio.c. causam.de prescrip.l.ij.C.de vsucap.pro emp. l.vsucapionem. cum ibi not.per doc.ff.de vsucap.sed durante inter Titium & Seium communione dicti loci, per quem aqua ante destructionem superioris molendini ducebatur ad inferius molendinum, ꝙ etiam tunc commune erat: non poterat Sempronio acquiri seruitus aqueductus per dictum locum, cum in loco cōmuni non cadat a principio acquisitio seruitutis: quia non interuenit vsus iure seruitutis: sed iure proprio.l.in re cōmuni.ff.de ser.rust.pred.l.vti frui.ff.si vsufruc.pet.sed res, que est mihi & tibi communis pro indiuiso, dicitur esse mea.l.ij.ff. de condi.instit.l.si des.cōmuni di.l.serui electione.§.i.& ibi plene traditur.ff.de leg.j.ergo res communis nō potest serui.debere alteri dominorum seu predio ipsorum, vel alterius ipsorum, & per consequens spatio etiam longissimi temporis non fuit per dictum vsum aliquod ius seruitutis formatū ad vtilitatem sui. ¶ Secundo, quia dato quod aliquod ius seruitutis creatum fuisset, tamen attento quod postea [a] Seius spatio annorum. xx. vsus non est iure seruitutis dicta aqua, est amissa dicta seruitus cum prescribatur non vtendo spatio.x. annorum interabsentes.l.sicut.C.de serui.& aqua.l.fi.in fi.& ibi not C.de prescrip.lon.temp.& in dubio presumitur Titiū prescribētem liberatum a seruitute fuisse in bona fide: †
3 quia prescribens libertatem debuit credere rem talem esse, qualis naturaliter esse debuit.§.libera.l.altius.C.de ser.ita dicit Cyn.in l.j.in.iiij.q.in fi.C.de ser.& Anto.de but.in.c.si diligenti.de prescript. ¶ Et per ista duo quilibet eorum de per se apparet esse responsum ad primum in contrarium adductum. ¶ Tertio etiam, quia in possessorio interdicto non posset Seius obtinere in interdicto de aqua quot.& esti.vel simili interdicto pro iure incorporali, nisi probet se non vi, nec clam, nec precario aquā duxisse.l.j.in prin.& §.sed si iure.ff.de aqua quoti.& esti.& quod vsus sit tanꝙ iure seruitutis, & quod ex aliqua causa se putauerit habere vsum seruitutis. d. §.sed si iure. ff.de aqua quoti.& ibi not Bart.& ideo ẜm Cyn.in.l.j.in.iiij.q. C.de ser.& Bar.in.l.j.in.§.ij.ff.de iti.actuqꝫ priua.in.iij.& vlt.col.& Anto. de but.in.c.si diligenti.de prescrip.post Host.ibi dicunt quod requiritur, quod ille qui vult obtinere probet precise aliquam iustam causam propter quam probabiliter inductus fuit ad putandum sibi seruitutem competere: vt quia probet famam fuisse ꝙ sibi ius seruitutis fuisset aut competeret: vel alia similis causa appareret.p realle.§.sed si iure.& colligitur ex not.per Spec.in tit.de cau.pos.& proprie.§.priuata.versi.aliud quoqꝫ priuatum dum ponit formam positionum actoris: sed hic iusta & probabilis causa putandi sibi seruitutem aqueductus competere non constat: ergo &c.nec sufficeret si allegaretur qđ ex eo quod ipsis extantibus in communione aqua trāsiuit per locum illum diuturno tempore, & habuit Seius iustam causam putādi sibi ius seruitutis quasi prescripte competere: quia prout patet superius, dico quod talis allegata causa non esset probabilis: quia esset fundata in iuris errore: quia in talibus non patrocinatur in fauorem certantis de lucro.l.eum qui.in prin.&.l.si fur.§.i.ff.de vsucap.&.l.iuris.&.l.error.ff.de iuris & facti ign. Preterea potest respōderi ex his que no. Bar. in.d.l.j.& .ij.de iti. actuqꝫ priua.in ver. vlterius quero quomodo dominus potest expellere eum qui est in quasi possessione iure seruitutis, & cōcludit quod non habebit necesse dominus probare seruitutem illi non competere: sed sufficiet probare se dominium rei, & illi existenti in quasi possessione iure seruitutis denegabitur facultas vtendi seruitute, nisi probet eam sibi competere: per.l.vti frui.§.j.cum ibi not.ff.si vsufru.pet.& no. Bar.post glo.in.l.si prius.in.ij. oppo.iij.partis. ff.de no.oper. nunc. ¶ Sed presupponitur probari posse, ꝙ dictū terrenum spectat iure dominij ad dictum Titium, cui in partem obuenit ergo nisi per Sempronium probetur quod sibi fuerit constitutum ius seruitutis, subscribet, & per hoc patet dupliciter responsum ad ẜm argumē.adductum in partem contrariam.
4 ¶ † Superest duntaxat respondere ad verba instrumenti diuisionis, dicentia ꝙ molendinum inferius spectet ad Sempronium cum omnibus suis iuribus, conductibus, aqueductibus, canalibus, & riuis: quia ad hoc respondeo quod incūbit Sempronio onus probandi quod iste aqueductus per dictum terrenum fuerit de pertinentijs dicti molendini inferioris, postꝙ per partes specificatum non fuit iuxta.l.si nō designata &.l.fi.C.de fal.causa.& sicut dicimus in eo cui cōmissum est castrum cum pertinentijs: vt no. Inno.in.c.cum ad sedez. de rest.spol.& Jo.mo.in.c.si ciuitas.de senten.excom.in.vi.ius aque ducende per dictum terrenum non competit vnꝙ Sempronio aliquo iure seruitutis: sed iure proprietatis propter cōmunionem, quam in dicto terreno habebat cum titio: vt superius est ostensum. ¶ Quinimo si quod ius competijsset tēpore instrumenti diuisionis amiserat non vtendo, vt probaui: ergo verba instrumenti non possunt verificari in iure illo ꝙ tunc non erat de pertinentijs molendini: vt ostēdunt illa verba, ad dictum molendinum spectantibus, & pertinētibus: debeant ergo illa verba intelligi de illo aqueductu, qui percipitur seu cōducitur per illum terrenum seu distinsorium de quo in themate fit mētio, vel de illo aqueductu per alia loca prout contineri dicitur in priuilegio concesso per dnm ciuitatis dicto Sempronio, prout latius in themate narratur. Ex quibus concluditur dicto Sempronio facultatem aque per dictum terrenum Titij ducendam esse, denegandum esse.

[a] ¶ Postea. id est post diuisionē, vt patet ex dictis cōsil.in prin.& istud solū iustificat hoc consiliū: alias puto ꝙ Alexā. male consuluisset, quia non est verum ꝙ d.clausula cum omnibus iuribus suis conductibus &c.tantum constaret veteris actuales seruitutes, de quibus constabit sed etiam nouas seruitutes inducit secūdum statum rei qui tūc erat vt per Cepol.tracta. de serui.vrb.pred. c.xxxviij.Cor.con sil. cliiij. lib. ij.dixi in consuet. parisi. §.xcj.

¶ Finit primus Liber Consiliorum, excellentissimi Juris vtriusque doctoris, Alexandri de Jmola.

Index chartarum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q. Omnes sunt quaterni, preter a. & b. qui sunt terniones.



INDEX IN SEPTEM LIBROS CONSILIORVM D. ALEX. DE IMOLA, LOCVPLETISSIMVS.



LVGD. M. D. LVII.



INDEX OMNIUM PRINCIPIORUM *Alexandri Imolensis Cōsiliorum ordine Alphabetico digestus.*

¶ Liber tertius.

¶ Liber quartus.

¶ Liber quintus.

Liber sextus.

Liber septimus.

¶ Finis.

INDEX MATERIARVM QVAE IN

septem Alexandri Imolensis libris continentur, fidelissimus: reiectis quidem superfluis quibusdam in eo qui proxime excusus est positis: additis uerò his quae maximam Iuris prudentiae studiosis adferent commoditatem.



De litera A



De litera. C

Cohabitatio

Conditio

De litera. D

Decretum vbi

Dispositio

Donatio

¶ De litera. E



Emere

Hospita-

E

Ius ac locum

¶ De litera. L



De litera. M

De litera. N

¶ De litera. O



Obliuio non

Papam voluisse

Possessor antiquus

Probatio ca

Proto. debet

¶ De litera. Q.



Res si est

Statutum nō dꝫ

Subtrahens vel

¶De litera. T



Testator si re-

Testi deponenti

Testis non

FINIS.

Regestum.

A. B. C. D. E. F. G. H. Terniones, ⁊ I. Quaternio.

¶ Lugduni, apud Thomam Bertellum.

41

ALEXAND.

de Imola

Consiliorum

Liber Prim.

Cum

Indice in 7. Lib.

Consiliorum

En dias del mes
de 1591.

colorchecker CLASSIC

calibrite

